http://rcin.org.pl

2535

http://rcin.org.pl

2535.

TITI LIVI

AB URBE CONDITA LIBER XXVII.

FÜR DEN SCHULGEBRAUCH

ERKLÄRT

VON

DR. F. FRIEDERSDORFF,
DIREKTOR DES GYMNASIUMS ZU ALLENSTEIN.

ВАРШАВСКОЙ ЧЕТВЕРТОЙ
фундаментальная
БИБЛІОТЕКА.
МУЖСКОЙ ГИМНАЗІИ

LEIPZIG,
DRUCK UND VERLAG VON B. G. TEUBNER.
1881.

http://rcin.org.pl

F 23509/6 b

http://rcin.org.pl

Vorrede.

Die Grundsätze, nach denen die Ausgabe des 27. Buches besorgt worden ist, stimmen mit den für Buch 26. befolgten im ganzen überein. In den Anmerkungen bin ich bemüht gewesen, gröfsere Knappheit zu erreichen und überflüssige Citate zu vermeiden. Aus dem vorhergehenden Buche sind Bemerkungen nur da wiederholt, wo es unvermeidlich erschien, und sind dann möglichst kurz gefafst worden.

Dem Texte ist die Weifsenbornsche kommentierte Ausgabe von 1878 zu Grunde gelegt; doch hat derselbe eine völlige Umgestaltung nach Luchs erfahren, sowie nach Harant und nach einigen inzwischen am Text der Luchsschen Ausgabe gemachten Ausstellungen. Der Autorität des cod. Spirensis gegenüber bin ich mit eigenen Verbesserungsvorschlägen noch mehr wie früher zurückhaltend gewesen.

Der Anhang enthält in einem ersten Teile die Abweichungen von der zu Grunde gelegten Ausgabe, in einem zweiten Teile sind teils wenige Stellen kritisch besprochen, teils Belege für in den Anmerkungen aufgestellte Regeln und eigene Beobachtungen mitgeteilt.

Auch für Buch 27. habe ich von den Herren Professor Woelfflin in München und Oberlehrer Moritz Müller in Stendal bereitwillige Unterstützung in freundschaftlichster Weise erhalten, und verfehle nicht, beiden meinen aufrichtigsten Dank auszusprechen.

Ebenso danke ich denjenigen Herrn Mitarbeitern am Livius, welche das 26. Buch einer gütigen Beurteilung in Zeitschriften unterzogen haben; auch künftig wird jede sachliche Kritik, als der Arbeit selbst förderlich, mit Dank aufgenommen werden.

Allenstein, den 17. Juni 1881.

Dr. F. Friedersdorff.

ВАРШАВСКОЙ ЧЕТВЕРТ... ГИМНАЗІИ
ФУНДАМЕНТАЛЬНАЯ БИБЛІОТЕКА.
МУЖСКОЙ ГИМ...
http://rcin.org.pl

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER XXVII.

Hic status rerum in Hispania erat; in Italia consul Mar- 1
cellus Salapia per proditionem recepta Marmoreas et Meles de
Samnitibus vi cepit. ad tria milia militum ibi Hannibalis, 2
quae praesidii causa relicta erant, oppressa. praeda — et ali-
quantum eius fuit — militi concessa. tritici quoque ducenta
quadraginta milia modium et centum decem milia hordei in-
venta. ceterum nequaquam inde tantum gaudium fuit, quanta 3
clades intra paucos dies accepta est haud procul Herdonea
urbe. castra ibi Cn. Fulvius proconsul habebat spe recipiendae 4
Herdoneae, quae post Cannensem cladem ab Romanis defecerat,
nec loco satis tuto posita nec praesidiis firmata. neglegentiam 5
insitam ingenio ducis augebat spes ea, quod labare iis adversus
Poenum fidem senserat, postquam Salapia amissa excessisse
iis locis in Bruttios Hannibalem auditum est. ea omnia ab 6
Herdonea per occultos nuntios delata Hannibali simul curam
sociae retinendae urbis et spem fecere incautum hostem ad-
grediendi. exercitu expedito, ita ut famam prope praeveniret,

c. 1—2. Krieg in Italien.

1. *hic status rerum*] ähnliche Buchanfänge, welche den engen Zusammenhang mit dem vorigen Buche beweisen: **4**, 1, 1. *hos secuti M. Genucius et C. Curtius consules.* **9**, 1, 1. **33**, 1, 1. u. ö.

Marmoreas et Meles] die römische Kriegführung beschränkt sich auf Wegnahme fester Plätze, um so dem H. den Boden allmählig zu entziehen. In diesen sonst unbekannten Orten verlor er seine Magazine.

2. *concessa*] für die häufig vorkommende Überweisung von Beute an die Soldaten sind *praedam militi concedere* oder *dare* stereotype Wendungen.

3. *tantum gaudium — quanta clades*] „keineswegs soviel Freude, als durch die Niederlage Trauer". Statt der aus der *clades* entstehenden Trauer wird die *clades* selbst mit *gaudium* in Vergleichung gesetzt.

haud procul Herdonea] vgl. c. 16, 14. *haud procul Metaponto.* u. ö.; ohne *ab* in Prosa erst seit Liv.

5. *labare iis adversus Poenum fidem*] statt *iis* gewöhnlich der Genitiv: **2**, 39, 10. *labare plebis animos.* — Zu *adversus* in gutem Sinne **29**, 8, 2. *ob egregiam fidem adversus Romanos.* (Auch bei Cic.).

6. *famam prope praeveniret*] *praevenio* findet sich bei Liv. sehr oft = zuvorkommen, mit dem Akkusativ; bei Früheren nicht.

http://rcin.org.pl

magnis itineribus ad Herdoneam contendit et, quo plus terroris hosti obiceret, acie instructa accessit. par audacia Romanus, 7 consilio et viribus impar, copiis raptim eductis conflixit. quinta 8 legio et sinistra ala acriter pugnam inierunt. ceterum Hannibal signo equitibus dato, ut, cum pedestres acies occupassent praesenti certamine oculos animosque, circumvecti pars castra hostium 9 pars terga spectantium invaderent, ipse in Cn. Fulvi similitudinem nominis, quia Cn. Fulvium praetorem biennio ante in isdem devicerat locis, increpans, similem eventum pugnae fore 10 adfirmabat. neque ea spes vana fuit: nam cum comminus acie et peditum certamine multi Romanorum cecidissent, starent tamen ordines signaque, equestris tumultus a tergo simul a 11 castris clamor hostilis auditus sextam ante legionem, quae in secunda acie posita prior ab Numidis turbata est, quintam 12 deinde atque eos, qui ad prima signa erant, avertit. pars in fugam effusi, pars in medio caesi, ubi et ipse Cn. Fulvius cum 13 undecim tribunis militum cecidit. Romanorum sociorumque quot caesa in eo proelio milia sint, quis pro certo adfirmet, cum alibi tredecim milia, alibi haud plus quam septem in- 14 veniam? castris praedaque victor potitur. Herdoneam quia et defecturam fuisse ad Romanos comperit, nec mansuram in fide, si inde abscessisset, multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta incendit; occidit principes, qui cum Fulvio

7. *quinta legio et sinistra ala*] die 5. Legion mit der *ala sinistra* bildet das erste, die 6. mit der *ala dextra* das zweite Treffen: vgl. c. 2, 6. 12, 14. 14, 3. 42, 2. u. ö. — *ala* = Kontingent der *socii*; nach ihrem ursprünglichen Zwecke, die beiden Flanken der Legion zu decken, *dextra* und *sinistra* genannt.

8. *signo — dato*] ein verabredetes Signal mufs oft einen Befehl ersetzen; daher *signum dare* bei Liv. = Ordre erteilen. c. 27, 2. *signum dedit, ut.*

cum acies occupassent — oculos] „wenn die Heere die Aufmerksamkeit auf sich gezogen hätten"; zu *oculos* erg. *spectantium.*

9. *in Cn. Fulvi similitudinem nominis — increpans*] derselbe hatte den Beinamen Centumalus; nach 25, 3. u. 21. hatte H. ebendort einen Fulvius Flaccus besiegt. — *increpare* hat die geschmähte Person oder Sache sonst stets im Akkus. bei sich.

10. *starent — ordines signaque*] „noch war die eigentliche Aufstellung nicht erschüttert." *ordines signaque* sind oft als Grundlagen der Marsch- und Gefechtsordnung verbunden. c. 14, 7. *turbarunt signa ordinesque.* Ein Hauptteil der militärischen Ausbildung ist: *ordines servare, signa sequi.*

equestris tumultus] die Endung *is* für das Maskulinum. c. 42, 2 *equestris terror.* 29, 35, 7. *terrestris exercitus.*

11. *sextam ante legionem*] *ante* = *primum*; entspricht dem folgenden *deinde* und ist = *antea* als Adverbium der Zeit bei Liv. häufig; besonders *et ante — et tum; et ante — et pridie; et tum — et ante* 44, 26, 2. 25, 1, 4. 27, 19, 3.

avertit] absolut = „warf" oder „schlug". 22, 15, 8 *cum avertisset hostes* u. a.

12. *cum undecim tribunis*] da bei jeder Legion 6, also im ganzen Heere 12 Tribunen waren, wird der Umfang der Niederlage hieraus am besten klar.

14. *qui — comperti sunt*] *comperio*

http://rcin.org.pl

conloquia occulta habuisse comperti sunt. Romani, qui ex 15
tanta clade evaserant, diversis itineribus semermes ad Marcellum consulem in Samnium perfugerunt.

Marcellus nihil admodum tanta clade territus litteras 2
Romam ad senatum de duce atque exercitu ad Herdoneam amisso scribit; ceterum eundem se, qui post Cannensem pu- 2
gnam ferocem victoria Hannibalem contuderit, ire adversus eum, brevem illi laetitiam, qua exultet, facturum. et Romae quidem 3
cum luctus ingens ex praeterito, tum timor in futurum erat; 4
at consul ex Samnio in Lucanos transgressus ad Numistronem in conspectu Hannibalis loco plano, cum Poenus collem teneret, posuit castra. addidit et aliam fidentis speciem, quod prior 5
in aciem eduxit; nec detractavit Hannibal, ut signa portis efferri vidit. ita tamen aciem instruxerunt, ut Poenus dextrum cornu in collem erigeret, Romani sinistrum ad oppidum adplicarent. ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendissent, 6
fessaeque pugnando primae acies essent — ab Romanis prima legio et dextra ala, ab Hannibale Hispani milites et funditores Baliaris, elephanti quoque commisso iam certamine in proelium acti —, diu pugna neutro inclinata stetit. ⟨ut⟩ primae 7
legioni tertia, dextrae alae sinistra subiit, et apud hostis integri a fessis pugnam accepere, novum atque atrox proelium 8
ex iam segni repente exarsit recentibus animis corporibusque;

= genau in Erfahrung bringen, findet sich mehrfach bei Liv.; c. 26, 5. c. 27, 13. Selten jedoch im Passiv persönlich konstruiert, meistens *compertum est* mit Accus. cum inf. **26**, 33, 8. **10**, 1, 3.

c. 2, 1. *nihil admodum*] bei *nihil*, *nullus* dient *admodum* häufig zur Limitierung der Negation: **40**, 59, 2. *armorum — magnam vim, nullam pecuniam admodum*: = „so gut wie gar kein Geld".

2. *Hannibalem contuderit*] = „zermalmen". Das Wort ist hauptsächlich dichterisch, bei Liv. öfters, vgl. c. 12, 11. *ut contunderent ferociam hostis.*

3. *et Romae quidem*] im Übergange zu etwas Neuem sagt Liv. selten *atque — quidem*, wie 18, 4., sondern *et — quidem* mit folgendem *sed* oder *at.*

ex praeterito — in futurum] Neutra von Adjektiven mit Präposition sind am häufigsten zur Bezeichnung von räumlichen Verhältnissen, für zeitliche vgl. §. 9. *in multum diei*; **30**, 17, 1. *in praesens — in futurum*; ferner *in perpetuum, ad extremum, ad ultimum* u. a.

tum] ergänze *ingens*; das Adjektivum wird auch sonst aus dem ersten Gliede für das zweite ergänzt. **26**, 17, 8.

5. *et aliam*] *et* = *etiam* hat vor Pronominibus schon Cicero; Liv. sagt sehr häufig so und besonders regelmäfsig *et alius.* c. 4, 9. *et alios — regulos.*

fidentis speciem] „Anschein der Zuversicht." vgl. **35**, 34, 9. *specie reducentis:* Schein der Zurückführung. **34**, 40, 3. *oratio fuit omnia permittentis*: Worte der Unterwürfigkeit. Meist von mehreren Personen, wie *clamor admirantium* u. a.

detractavit] das Objekt *certamen* wird auch **23**, 44, 7 als selbstverständlich ergänzt: *neque Hannibal detractavit*; ebenso bei *eduxit* (*copias*).

6. *pugna stetit*] „das Gefecht kam zum Stehen." **8**, 38, 10 *ita anceps dicitur certamen stetisse* **29**, 2, 15. *atrox pugna stetit.*

http://rcin.org.pl

9 sed nox incerta victoria diremit pugnantis. postero die Romani ab sole orto in multum diei stetere in acie; ubi nemo hostium adversus prodiit, spolia per otium legere et congestos in 10 unum locum cremavere suos. nocte insequenti Hannibal silentio movit castra et in Apuliam abiit. Marcellus, ubi lux fugam hostium aperuit, sauciis cum praesidio modico Numistrone relictis praepositoque iis L. Furio Purpurione tribuno militum, 11 vestigiis institit sequi. ad Venusiam adeptus eum est. ibi per dies aliquot, cum ab stationibus procursaretur, mixta equitum peditumque tumultuosa magis proelia quam magna, et 12 ferme omnia Romanis secunda fuere. inde per Apuliam ducti exercitus sine ullo memorando certamine, cum Hannibal nocte signa moveret, locum insidiis quaerens, Marcellus nisi certa luce et explorato ante non sequeretur.

3 Capuae interim Flaccus dum bonis principum vendendis, agro, qui publicatus erat, locando — locavit autem omnem frumento — tempus terit, ne deesset materia in Campanos saeviendi, novum in occulto gliscens per indicium protractum 2 est facinus. milites aedificiis emotos, simul ut cum agro tecta

8. *incerta victoria*] „so dafs — war", ist Abl. abs. **9**, 25, 6 *incerta pace* u. a.

9. *adversus prodiit*] das Adverb. *adversus* hat nach Plautus zuerst wieder Liv. angewendet. vgl. **37**, 13, 8 *postquam nemo adversus ibat.*

10. *nocte — silentio*] gewöhnlich sagt Liv. *silentio noctis* c. 28, 2. 32, 2. = „bei stiller Nacht."

ubi lux fugam — aperuit] „erkennen liefs". vgl. c. 47, 10 *ubi lux — ostendisset.*

vestigiis institit sequi] „er folgte ihm eifrig auf dem Fufse". — *insisto* c. inf. bei Cic. u. Cäs. bisweilen, ist häufig bei Liv. c. 46, 8. *orare institit.* — *vestigiis* ist Ablativ, wie **6**, 32, 10. *prope vestigiis sequeretur.*

11. *ab stationibus procursaretur*] „als Plänkeleien zwischen den Vorposten stattfanden". *procursare* eigentliches Verbum für Tirailleurgefechte: **22**, 16, 2 *ad lacessendum hostem — procursando recipiendoque sese pugnavere.*

12. *certa luce*] „bei hellem Tage". oft bei Liv., z. B. **22**, 4, 4. *inexplorato — vixdum satis certa luce.*

c. 3. Verschwörung in Capua. Verproviantierung und Verstärkung Tarents.

1. *agro — locando*] Flaccus, der Eroberer Capuas, ist mit diesem, sonst den Censoren zufallenden Geschäfte (c. 11, 8) ausnahmsweise betraut. Der vollständige terminus technicus dafür: *agrum fruendum locare.* § 2. c. 11, 8.

frumento] „gegen eine Naturallieferung an Getreide." *fr.* ist Ablativ des Preises; vgl. **9**, 43, 6. *indutias — pacti sunt bimestri stipendio frumentoque.*

ne deesset materia] wenn ein betrübendes Ereignis mit einer gewissen Bitterkeit erzählt werden soll, läfst Liv. den Erfolg desselben als beabsichtigt erscheinen: **7**, 27, 1. *ne nimis laetae res essent, pestilentia civitatem adorta.* **26**, 41, 8. u. o.

in occulto gliscens] *gliscere* = „glimmen," wird von Liv. ab in metaphorischer Bedeutung, verbunden mit *invidia, seditio, bellum* u. a. sehr häufig; **2**, 23, 2. *invidiam gliscentem — calamitas accendit* = „den glimmenden Funken fachte zur Flamme an."

2. *simul ut — simul metuens*] zur Abwechselung der Konstruktion vgl.

http://rcin.org.pl

urbis fruenda locarentur, simul metuens, ne suum quoque exercitum sicut Hannibalis nimia urbis amoenitas emolliret, in portis murisque sibimet ipsos tecta militariter coegerat aedificare. erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, 3
alia harundine texta, stramento intecta omnia, velut de industria alimentis ignis. haec noctis una hora omnia ⟨ut⟩ in- 4
cenderent centum septuaginta Campani principibus Blossiis fratribus coniuraverunt. indicio eius rei ex familia Blossiorum 5
facto, portis repente iussu proconsulis clausis, cum ad arma signo dato milites concurrissent, comprehensi omnes qui in noxa erant et quaestione acriter habita damnati necatique; indicibus libertas et aeris dena milia data. Nucerinos et Acer- 6
ranos, querentis, ubi habitarent, non esse, Acerris ex parte incensis, Nuceria deleta, Romam Fulvius ad senatum misit. 7
Acerranis permissum, ut aedificarent, quae incensa erant; Nucerini Atellam, quia id maluerant, Atellanis Calatiam migrare iussis traducti.

Inter multas magnasque res, quae nunc secundae nunc ad- 8
versae occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinae quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius et P. Aquilius in Etru- 9
riam legati ad frumentum coemendum, quod Tarentum portaretur, profecti, et mille milites de exercitu urbano, par numerus Romanorum sociorumque eodem in praesidium cum frumento missi.

c. 40, 1. *simul recordantium, simul cum* etc.

ne amoenitas emolliret] worin die allzugroſse *amoenitas* jetzt noch bestehen kann, ist nicht klar, nach dem **26**, 33 Erzählten. *emolliret* ist dichterisch; mit persönlichem Objekt nur hier.

militariter] „nach Soldatenart". Doch sollte man von römischen Soldaten eine andere Art des Lagerns erwarten = *sub pellibus*; ein Lager wie das hier beschriebene haben die Numider **30**, 3, 8—10.

coegerat] stehend von Anordnungen militärischer Vorgesetzter. **23**, 35, 6 *decurrere milites cogebat*. **24**, 1, 3 u. ö.

4. *ut incenderent — coniuraverunt*] *coniurare* mit *ut* noch **4**, 45, 1 u. **2**, 12, 15; sonst mit dem Infinitiv oder *contra, in aliquem*, (wie auch bei Cicero).

Blossiis fratribus] **23**, 7, 8 vermittelt der campanische Edle *Marius Blossus* die Übergabe Capuas an Hannibal.

5. *qui in noxa erant*] „die beschuldigt wurden"; **32**, 26, 16 *in ea noxa erant*; vgl. *in honore esse, in eadem causa esse* u. a.

8. *inter multas — res*] „trotz der vielen S." *inter* = einem konzessiven Satze steht bei Liv. vereinzelt; gewöhnlich bei ihm dafür *in* mit d. Ablat.

nunc — nunc] statt des ciceronianischen *modo — modo* hat Liv. fast stets *nunc — nunc*; vereinzelt *modo — modo* **5**, 27, 2. **32**, 21, 5.

9. *de exercitu urbano*] die eigentlich zur Verteidigung der Stadt bestimmte, aus in Rom ansässigen Leuten bestehende Reserve wird mehrfach nach Etrurien zur Verhinderung eines Aufstandes entsendet. c. 7, 10. 8, 12. 22, 13.

in praesidium] = *ut praesidio essent*; in c. accus. gleich einem

http://rcin.org.pl

4 Iam aestas in exitu erat, comitiorumque consularium instabat tempus. sed litterae Marcelli, negantis e re publica esse vestigium abscedi ab Hannibale, cui cedenti certamenque 2 abnuenti gravis ipse instaret, curam iniecerant, ne aut consulem tum maxime res agentem a bello avocarent, aut in 3 annum consules deessent. optimum visum est, quamquam extra Italiam esset, Valerium potius consulem ex Sicilia revocari. ad eum litterae iussu senatus ab L. Manlio praetore 4 urbano missae cum litteris consulis M. Marcelli, ut ex iis nosceret, quae causa patribus eum potius quam collegam revocandi ex provincia esset.

5 Eo fere tempore legati ab rege Syphace Romam venerunt, quae is prospera proelia cum Carthaginiensibus fecisset me- 6 morantes. regem nec inimiciorem ulli populo quam Carthaginiensi nec amiciorem quam Romano esse adfirmabant; misisse eum antea legatos in Hispaniam ad Cn. et P. Cornelios imperatores Romanos; nunc ab ipso velut fonte petere Romanam 7 amicitiam voluisse. senatus non legatis modo benigne respondit, sed et ipse legatos cum donis ad regem misit, L. Genucium 8 P. Poetelium P. Popillium. dona tulere togam et tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram ex quinque pondo auri

Finalsatze ist sehr häufig bei Liv. z. B. **23**, 13, 7 *in supplementum mitterentur*.

c. 4—8. Angelegenheiten der Stadt Rom. Pläne der Punier. (c. 5, 8—c. 6, 12). Wahlen.

1. *iam aestas — erat — que*] gleichzeitige Ereignisse führt Liv. gern in parallelen, mit *iam — que*, *iam — et* verbundenen Hauptsätzen ein, beide meist im Imperf. oder Plusquamperf. c. 48, 17 *iam diei medium erat, — que. —*

in exitu erat] vgl. **44**, 17, 1. *iam in exitu annus erat, et —*. u. o.

vestigium abscedi] „einen Schritt breit weichen". *vestigium* ist Accus. des Maſses, wie in: *non transversum unguem, digitum discedere*.

2. *res agentem*] die Kriegführung wird gewöhnlich mit *rem gerere* (c. 7, 7. *rem gereret*), die friedliche Thätigkeit des Beamten mit *rem agere* bezeichnet; eine Ausnahme, wie hier: **29**, 4, 8 *segniter rem agi a Scipione*. — Zu *avocarent* füge: „müssen".

iussu senatus] der Unterschied, daſs: *iubere, iussu, iniussu* von Volksbeschlüssen, *decernere, ex patrum auctoritate* vom Senate anzuwenden sei, wird von Liv. auch sonst nicht streng beobachtet.

6. *nec — nec — adfirmabant*] *adfirmo nec — nec* betont die thatsächliche Richtigkeit einer Behauptung, *nego — nec — nec* oder *aut — aut* weist eine entgegenstehende Behauptung zurück.

8. *dona tulere*] „sie überbrachten"; so Liv. ausnahmslos mit dem Simplex *ferre*. (§ 10 *dona tulere*) oder *portare* (§ 9).

togam — tunicam — sellam] die Insignien der römischen Könige und Triumphatoren werden oft an befreundete Fürsten verschenkt; nach dem Range des Empfängers in verschiedener Abstufung. vgl. § 9. Dazu kommt **31**, 11, 11 noch das Scepter. Die vollständigste Aufzählung: **30**, 15, 11.

ex quinque pondo auri] zur Verbindung des indeklinablen *pondo* mit der Präposition **28**, 45, 12. *ex mille pondo* u. o. = aus tausend Pfund.

http://rcin.org.pl

factam. protinus et alios Africae regulos iussi adire, iis quo- 9
que quae darentur, portata, togae praetextae et terna pondo
paterae aureae. et Alexandream ad Ptolomaeum et Cleopatram 10
reges M. Atilius et M'. Acilius legati, ad commemorandam re-
novandamque amicitiam missi, dona tulere, regi togam et tuni-
cam purpuream cum sella eburnea, reginae pallam pictam cum
amiculo purpureo.

Multa ea aestate, qua haec facta sunt, ex propinquis ur- 11
bibus agrisque nuntiata sunt prodigia: Tusculi agnum cum
ubere lactenti natum, Iovis aedis culmen fulmine ictum ac
prope omni tecto nudatum; isdem ferme diebus Anagniae ter- 12
ram ante portam ictam diem ac noctem sine ullo ignis ali-
mento arsisse, et avis ad Compitum Anagninum in luco Dianae
nidos in arboribus reliquisse; Tarracinae in mari haud procul 13
portu angues magnitudinis mirae lascivientium piscium modo
exultasse; Tarquiniis porcum cum ore humano genitum, et in 14
agro Capenate ad lucum Feroniae quattuor signa sanguine
multo diem ac noctem sudasse. haec prodigia hostiis maioribus 15

10. *reges*] König und Königin werden, wenn sie als Paar erscheinen, ohne Unterschied des Geschlechtes *reges* genannt. 1, 39, 2. *reges* = Tarquinius und Tanaquil. 44, 19, 6 u. 11. (Auch Cäs.) Öfters ist *reges* = königliche Familie. 2, 2, 7. *eiecisti reges.*

ad commemorandam — amicitiam] dieses Bündnis, mit Ptolemäus II. Philadelphus zur Zeit des Pyrrhus geschlossen, wird aus merkantilen Interessen von den Römern stets gepflegt. vgl. 31, 2, 4.

11. *nuntiata — prodigia*] von in Rom erfolgten Prodigien ist stehend: *facta* oder *visa*; von auswärtigen: *nuntiata.* 26, 23, 4. 40, 19, 1. *prodigia — et Romae eo anno visa et nuntiata peregre.*

cum ubere lactenti] die alten Grammatiker lehren: *lactens est, cui lac praebetur*; *lactans, quae lac praebet*; daher hier eigentlich: *lactanti* stehen müfste.

fulmine ictum] von Prodigien durch den Blitz oft *de coelo tactum*, seltner und weniger feierlich ist *fulmine ictum* oder *ictum* allein. § 12.

12. *Anagniae*] trotz des dabeistehenden *ante portam* ist konstruiert, als wenn der Ort in der Stadt gelegen hätte. 23, 36, 4. *Hamis vacua castra invenit* = bei Hamae.

sine ullo ignis alimento] in Prosa ist dafür *materia* gebräuchlicher; vgl. jedoch c. 3, 3 *alimentis ignis.*

ad Compitum Anagninum] die Kreuzungspunkte grofser Heerstrafsen, sowie der Hauptstrafsen in der Stadt, sind Verkehrsmittelpunkte, denen es auch an Kapellen u. s. w. nicht fehlt. c. 23, 7. *supplicatum per compita tota urbe.*

14. *porcum cum ore humano*] die Präposition fügt zum Ganzen einen hinzukommenden Teil; bei Liv. oft: c. 11, 5. *cum elephanti capite puerum, agnus cum suillo capite, porcus cum capite humano, agnus cum ubere lactenti.* Diese dem Prodigienstile eigene Wendung bezeichnet den hinzutretenden Teil als etwas Fremdartiges.

sanguine sudasse] nur hier und 22, 1, 8 erwähnt; der Ablativ wie bei *manantia sanguine* 40, 39, 9. — *in luco Feroniae* vgl. 26, 11, 9.

15. *hostiis maioribus*] Gegensatz: *lactentibus.* Stehende Formeln sind: *hostiis maioribus procurare, sacrificare*; *hostias caedere* (c. 23, 4) u. *immolare.*

http://rcin.org.pl

procurata decreto pontificum; et supplicatio diem unum Romae ad omnia pulvinaria, alterum in Capenati agro ad Feroniae lucum indicta.

5 M. Valerius consul litteris excitus provincia exercituque mandato L. Cincio praetori, M. Valerio Messalla praefecto classis cum parte navium in Africam praedatum simul specu-
2 latumque, quae populus Carthaginiensis ageret pararetque, misso, ipse decem navibus Romam profectus cum prospere pervenisset,
3 senatum extemplo habuit. ibi de suis rebus gestis commemoravit: cum annos prope sexaginta in Sicilia terra marique magnis saepe cladibus bellatum esset, se eam provinciam con-
4 fecisse; neminem Carthaginiensem in Sicilia esse; neminem Siculum, qui fugati metu inde afuerint, non esse; omnis in urbes, in agros suos reductos arare serere; desertam recoli
5 tandem terram, frugiferam ipsis cultoribus, populoque Ro-
6 mano pace ac bello fidissimum annonae subsidium. exim Muttine et si quorum aliorum merita erga populum Romanum erant in senatum introductis, honores omnibus ad ex-
7 solvendam fidem consulis habiti. Muttines etiam civis Romanus factus rogatione ab tribuno plebis ex auctoritate patrum ad plebem lata.

8 Dum haec Romae geruntur, M. Valerius quinquaginta navibus cum ante lucem ad Africam accessisset, inproviso in
9 agrum Uticensem escensionem fecit; eumque late depopulatus multis mortalibus cum alia omnis generis praeda captis ad

ad omnia pulvinaria] Fürbitte (*supplicatio*) konnte sowohl an den *pulvinaria* bestimmter Götter, als an denen aller stattfinden (vgl. c. 51, 9.). Auch aufserhalb Roms *(in Capenati agro)* und sogar für ganz Italien konnte sie angeordnet werden. **40**, 19, 5. *per totam Italiam triduum supplicatio.*

c. 5, 1. *ageret pararetque*] formelhafte Verbindung = Pläne und Mafsregeln der Ausführung.

2. *cum prospere pervenisset*] ähnliche breite Wendungen scheut Liv. auch sonst nicht: **31**, 22, 5 *triremes Athenas missae*, *cum Piraeum pervenissent* u. o.

3. *de suis rebus gestis*] wenn jemand von seinen eigenen Thaten spricht, heifst es auch bei Liv. meistens: *res ab se gestas exposuit.* **35**, 8, 2. **36**, 39, 5 u. ö; doch wie hier: **34**, 48, 4 *orsus a — suis rebus gestis.*

4. *recoli — terram*] vgl. **39**, 24, 2. *metalla — recoluit.* Das Verbum ist in eigentlicher Bedeutung selten, in übertragener *(secum recolere alq).* hat es auch Cicero.

5. *annonae subsidium*] auch Cicero nennt Sizilien, Sardinien und Ägypten: *tria frumentaria subsidia reipublicae.*

6. *exim*] diese sonst bei Dichtern gebräuchliche Form hat Liv. nur hier; *exinde* **24**, 42, 1. **28**, 10, 9 u. ö. vgl. *dein* c. 6, 14.

in senatum introductis] für Einführung und Eintritt in den Senat sind *introducere* und *introire* offizielle Ausdrücke. c. 7, 2. 8, 7. 8, 10.

9. *multis mortalibus*] *mortales* = Menschen findet sich namentlich oft mit Zahlbegriffen: *nemo*, *alii*, *multi* (so auch Cic.) und besonders in Schlachtberichten bei Verlustangaben. vgl. c. 19, 6 *alii mortales.*

http://rcin.org.pl

naves redit atque in Siciliam tramisit, tertio decumo die, quam profectus inde erat, Lilybaeum revectus. ex captivis quaestione habita haec comperta consulique Laevino omnia ordine perscripta, ut sciret, quo in statu res Africae essent: quinque milia Numidarum cum Masinissa Galae filio, acerrimo iuvene, Carthagine esse, et alios per totam Africam milites mercede conduci, qui in Hispaniam ad Hasdrubalem traicerentur, ut is quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam transgressus iungeret se Hannibali; in eo positam victoriam credere Carthaginienses; classem praeterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam, eamque se credere brevi traiecturam. haec recitata a consule ita movere senatum, ut non expectanda comitia consuli censerent, sed dictatore comitiorum habendorum causa dicto extemplo in provinciam redeundum. illa disceptatio tenebat, quod consul in Sicilia se M. Valerium Messallam, qui tum classi praeesset, dictatorem dicturum esse aiebat, patres extra Romanum agrum — eum autem in Italia terminari — negabant dictatorem dici posse. M. Lucretius tribunus plebis cum de ea re consuleret, ita decrevit senatus, ut consul, priusquam ab urbe discederet, populum rogaret, quem dictatorem dici placeret, eumque, quem populus iussisset, dictatorem diceret; si consul noluisset, praetor populum rogaret; si ne is quidem vellet, tum tribuni ad plebem ferrent. cum consul se populum rogaturum negasset, quod suae potestatis esset, praetoremque vetuisset rogare, tribuni plebis rogarunt, plebesque scivit, ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat, dictator diceretur. sed quo die id plebis concilium futurum erat, consul

tertio decumo die quam profectus — erat] der Zeitpunkt, nach dem ein Ereignis eingetreten ist, wird oft unter Weglassung von *post* durch den Ablativ einer Ordinalzahl und *quam* mit Plusquamperf. bei Liv. ausgedrückt. c. 7, 1. *die quarto et tricensimo, quam profectus erat.*

13. *classem — apparari*] häufig statt *parare*, zur Steigerung des Begriffes, so *bellum*, *arma*, oder *bellum armaque apparare.*

15. *illa disceptatio tenebat*] der Streit darüber hielt an (und somit die Sache auf).

extra agrum Romanum] Der Begriff „römische Mark" soll danach nicht auf sämtlichen römischen Staatsbesitz ausgedehnt werden dürfen.

terminari] meistens in eigentlichem Sinne *terminare* = eine räumliche Grenze machen.

negabant dictatorem dici posse] die erforderlichen Auspicien sind für den Staat nur giltig, wenn sie auf Staatsland angestellt werden.

16. *tribunus — consuleret*] erg. *senatum.* Danach hatten damals die Volkstribunen das Recht, den Senat zu berufen.

populum — ad plebem] *populus* bezeichnet wegen des Gegensatzes *ad plebem* wohl die Centuriatkomitien; *ad plebem* die Tributkomitien.

17. *quod suae potestatis esset*] vgl. **22**, 8. Dem Konsul stand die Ernennung eines Diktators zu; er verbat sich daher mit Recht einen Vorschlag des Volkes *(iussisset).*

praetoremque vetuisset] dies konnte der Konsul *pro iure maioris imperii*: **30**, 24, 3.

http://rcin.org.pl

clam nocte in Siciliam abiit; destitutique patres litteras ad M. Claudium mittendas censuerunt, ut desertae ab conlega rei publicae subveniret diceretque, quem populus iussisset, dicta-
19 torem. ita a M. Claudio consule Q. Fulvius dictator dictus, et ex eodem plebis scito ab Q. Fulvio dictatore P. Licinius Crassus pontifex maximus magister equitum dictus.

6 Dictator postquam Romam venit, C. Sempronium Blaesum legatum, quem ad Capuam habuerat, in Etruriam provinciam ad exercitum misit in locum C. Calpurni praetoris, quem, ut
2 Capuae exercituique suo praeesset, litteris excivit. ipse comitia in quem diem primum potuit edixit; quae certamine inter tri-
3 bunos dictatoremque iniecto perfici non potuerunt. Galeria iuniorum, quae sorte praerogativa erat, Q. Fulvium et Q. Fabium consules dixerat, eodemque iure vocatae inclinassent, ni se
4 tribuni plebis C. et L. Arrenii interposuissent, qui neque magistratum continuari satis civile esse aiebant, et multo foedioris
5 exempli eum ipsum creari, qui comitia haberet; itaque si suum nomen dictator acciperet, se comitiis intercessuros; si aliorum praeterquam ipsius ratio haberetur, comitiis se moram non
6 facere. dictator causam comitiorum auctoritate senatus, plebis
7 scito, exemplis tutabatur: namque Cn. Servilio consule, cum C. Flaminius alter consul ad Trasumennum cecidisset, ex auctoritate patrum ad plebem latum, plebemque scivisse, ut, quoad bellum in Italia esset, ex iis, qui consules fuissent, quos et
8 quotiens vellet, reficiendi consules populo ius esset; exemplaque in eam rem se habere vetus L. Postumi Megelli, qui interrex iis comitiis, quae ipse habuisset, consul cum C. Iunio

c. 6, 3. *Galeria iuniorum, quae sorte praerogativa erat*] diejenige Centurie, welche zuerst wählen sollte, wurde ausgelost; hier die *centuria iuniorum* der ersten Klasse aus der *tribus Galeria*. 26, 22, 2.

eodemque — inclinassent] meist schlossen sich die übrigen Centurien der Abstimmung der *praerogativa* an; dieselben heifsen *iure vocatae* „verfassungsmäfsig berufen" im Gegensatz zu der *praerogativa*; vgl. 5, 18, 2. *iure vocatis tribubus*.

4. *satis civile*] „es sei nicht recht bürgerfreundlich, republikanisch". 5, 23, 5. *parum id non civile modo, sed humanum etiam visum*.

foedioris exempli] erg. *esse*. vgl. 26, 2, 2. *rem mali exempli esse*.

5. *suum nomen acciperet*] „seinen Namen als den eines zulässigen Kandidaten in die Wahlliste eintragen" = Stimmen für sich selbst annehmen.

praeterquam] = aufser; oft auch mit folgendem *etiam*: 26, 13, 14. *morte praeterquam honesta, etiam leni*.

moram non facere] vom Richter entlehnt, der die Parteien mit *nihil vos moror* entläfst, werden *morari, in mora esse, moram facere* eigentliche Ausdrücke für Ankündigung einer Intercession. 3, 24, 7. *in mora tribuni erant*.

6. *causam — tutabatur*] er suchte das Verfahren zu verteidigen.

7. *namque*] Liv. stellt *namque* gleichmäfsig vor Vokale und Konsonanten und sowohl an den Anfang des Satzes als hinter das erste Wort. — *Cn. Servilio*] im Jahre 217; Liv. hat die Verhandlung im 22. Buch übergangen.

8. *exempla in eam rem*] eine

http://rcin.org.pl

Bubulco creatus esset, recens Q. Fabi, qui sibi continuari consulatum, nisi id bono publico fieret, profecto nunquam sisset. his orationibus cum diu certatum esset, postremo ita inter 9
dictatorem ac tribunos convenit, ut eo, quod censuisset senatus, staretur. patribus id tempus rei publicae visum est, ut 10
per veteres et expertos bellique peritos imperatores res publica gereretur; itaque moram fieri comitiis non placere. con- 11
cedentibus tribunis comitia habita; declarati consules Q. Fabius Maximus quintum Q. Fulvius Flaccus quartum. praetores inde 12
creati L. Veturius Philo T. Quinctius Crispinus C. Hostilius Tubulus C. Aurunculeius. magistratibus in annum creatis Q. Fulvius dictatura se abdicavit.

Extremo aestatis huius classis Punica navium quadraginta 13
cum praefecto Hamilcare in Sardiniam traiecta Olbiensem primo, dein, postquam ibi P. Manlius Volso praetor cum exercitu appa- 14
ruit, circumacta inde ad alterum insulae latus, Caralitanum agrum vastavit et cum praeda omnis generis in Africam redit.

Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot suffectique: 15
C. Servilius pontifex factus in locum T. Otacili Crassi; Ti. Sempronius Ti. f. Longus augur factus in locum T. Otacili Crassi; decemvir item sacris faciundis in locum Ti. Semproni C. f. Longi Ti. Sempronius Ti. f. Longus suffectus. M. Marcius 16
rex sacrorum mortuus est et M. Aemilius Papus maximus curio; neque in eorum locum sacerdotes eo anno suffecti.

Et censores hic annus habuit, L. Veturium Philonem et 17

seltene Konstruktion. vgl. **30**, 30, 16 *satis ego documenti in omnis casus sum.*

bono publico] = „zum allgemeinen Wohle, im öffentlichen Interesse"; häufig; z. B. **29**, 27, 9. *bono reipublicae suoque*; Gegensatz: **4**, 4, 5 *pessimo publico.*

nisi — fieret] der Bedingungssatz steht im Imperfekt, weil er einen allgemeinen Gedanken enthält: „wenn es nicht — wäre".

9. *ita — convenit*] der Diktator läßt sich also auf einen Vergleich ein, beendet die Komitien und sagt neue an.

13. *extremo aestatis*] temporaler Ablativ des substantivierten Neutrums; **35**, 13, 4 *extremo iam hiemis* wie sonst *exitu anni*, c. 7, 1. u. c 17, 1. *aestatis principio.*

classis traiecta] gewöhnlich ist bei *traicere* die Person oder Sache, welche hinübergefahren wird, Objekt. Doch **10**, 2, 10 *nautae coguntur naves — in alteram ripam traicere* u. ö.

15. *in locum*] „an Stelle". Durch die Wahl wird jemand nach einem Posten hingeschickt, für denselben bestimmt; vgl. c. 3, 9 *in praesidium.*

suffectus] genauer wäre *cooptatus*, was Liv. jedoch nicht immer berücksichtigt. vgl. c. 8, 4. u. o.

16. *rex sacrorum*] = *rex sacrificulus* = Opferkönig; ein Priester, der nach Abschaffung des Königtums die priesterlichen Funktionen des Königs und seinen Titel übernahm; man fürchtete die *religio* zu verletzen, wenn ein anderer als ein *rex* opfere.

maximus curio] derselbe übte die geistliche Oberaufsicht über die Gottesdienste sämtlicher Kurien. Die Wortstellung weicht von der gewöhnlichen ab, wie c. 8, 1. *maximi curionis*; gegen **3**, 7, 7. *curio maximus.* vgl. § 17. *maximum pontificem.*

http://rcin.org.pl

P. Licinium Crassum, maximum pontificem. Crassus Licinius nec consul nec praetor ante fuerat quam censor est factus; ex
18 aedilitate gradum ad censuram fecit. sed ii censores neque senatum legerunt neque quicquam publicae rei egerunt: mors
19 diremit L. Veturi; inde et Licinius censura se abdicavit. aediles curules L. Veturius et P. Licinius Varus ludos Romanos diem unum instaurarunt. aediles plebei Q. Catius et L. Porcius Licinus ex multaticio argento signa aenea ad Cereris dedere, et ludos pro temporis eius copia magnifice apparatos fecerunt.

7 Exitu anni huius C. Laelius legatus Scipionis die quarto et tricensimo quam a Tarracone profectus erat, Romam venit; isque cum agmine captivorum ingressus urbem magnum con-
2 cursum hominum fecit. postero die in senatum introductus captam Carthaginem, caput Hispaniae, uno die, receptasque aliquot urbes, quae defecissent, novasque in societatem adscitas
3 exposuit. ex captivis comperta iis fere congruentia, quae in litteris fuerant M. Valerii Messallae. maxime movit patres Hasdrubalis transitus in Italiam, vix Hannibali atque eius
4 armis obsistentem. productus et in contionem Laelius eadem edisseruit. senatus ob res feliciter a P. Scipione gestas supplicationem in unum diem decrevit; C. Laelium primo quoque tempore cum quibus venerat navibus redire in Hispaniam
5 iussit. Carthaginis expugnationem in hunc annum contuli multis auctoribus, haud nescius quosdam esse, qui anno in-

17. *gradum ad censuram fecit*] „er machte einen Sprung"; gewöhnlich werden Konsulare zu Censoren gewählt. — Zur Wendung **6**, 35, 2. *iam eo gradum fecisse plebeios.* —

18. *mors diremit*] erg. *censuram.* Die Ellipse erscheint hart, doch scheut sie Liv. auch sonst nicht: **24**, 31, 2. *postquam Hippocraten — pervasit rumor* (erg. *adesse*).

19. *ludos Romanos*] dies sind die ältesten, angeblich von Tarquinius Priscus eingesetzten Spiele, der für dieselben den *circus maximus* bauen liefs; sie bestehen aus Opferschmaus, Prozession und Kampfspiel.

ex multaticio argento] „aus Strafgeldern". *multaticius* ist eine Neubildung des Liv., der es häufig anwendet.

signa — dedere] „sie stifteten, stellten"; offizieller Ausdruck: c. 36, 9. *tria signa ad Cereris — dederunt.*

ad Cereris] erg. *aedem*; ein bei Liv. beliebter Gräcismus: c. 36, 9. u. ö.

magnifice apparatos] bei *ludi, cena, epulae* u. a. heifst auch *apparatus* an sich = prächtig bereitet.

c. 7, 4. *productus*] *produci in contionem* oder (**29**, 22, 7) *ad populum* ist stehende Wendung = Einführung in die Volksversammlung (von Gesandten, Ausländern).

edisseruit] Liv. hat dies Wort nur noch **34**, 52, 3. **44**, 41, 4 (auch bei Cicero); daneben **22**, 54, 8 *edissertare.*

5. *in hunc annum*] auf 210; infolge der Annahme, dafs Scipio 211 nach Spanien gekommen sei; nach anderen kam er erst 209 dorthin.

multis auctoribus] *auctore aliquo facere aliq.* setzt Gleichzeitigkeit der Veranlassung und der erfolgenden Handlung voraus; da jedoch die alten Quellen mit der Unmittelbarkeit von noch Lebenden auf den Schriftsteller wirken, so ist bei Liv. *contuli multis auctoribus* und **36**, 19, 11. *Polybio auctore — scripsimus* u. a. erklärlich.

haud nescius] diese Verbindung

http://rcin.org.pl

sequenti captam tradiderint, quod mihi minus simile veri visum est annum integrum Scipionem nihil gerundo in Hispania consumpsisse. 6

Q. Fabio Maximo quintum Q. Fulvio Flacco quartum consulibus idibus Martiis, quo die magistratum inierunt, Italia ambobus provincia decreta, regionibus tamen partitum imperium: Fabius ad Tarentum, Fulvius in Lucanis ac Bruttiis rem gereret. M. Claudio prorogatum in annum imperium. praetores sortiti provincias, C. Hostilius Tubulus urbanam, L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia, T. Quinctius Crispinus Capuam, C. Aurunculeius Sardiniam. exercitus ita per provincias divisi: Fulvio duae legiones, quas in Sicilia M. Valerius Laevinus haberet, Q. Fabio, quibus in Etruria C. Calpurnius praefuisset; urbanus exercitus ut in Etruriam succederet; C. Calpurnius eidem praeesset provinciae exercituique; Capuam exercitumque, quem Q. Fulvius habuisset, T. Quinctius obtineret; C. Hostilius ab C. Laetorio propraetore provinciam exercitumque, qui tum Arimini erat, acciperet. M. Marcello, quibus consul rem gesserat, legiones decretae. M. Valerio cum L. Cincio — iis quoque enim prorogatum in Sicilia imperium — Cannensis exercitus datus, eumque supplere ex militibus, qui ex legionibus Cn. Fulvi superessent, iussi. conquisitos eos consules in Siciliam miserunt; additaque eadem militiae ignominia, sub qua Cannenses militabant quique ex praetoris Cn. Fulvi exercitu ob similis iram fugae missi eo ab senatu fuerant. C. Aurunculeio eaedem in Sardinia legiones, quibus P. Manlius Volso eam provinciam obtinuerat, decretae. P. Sulpicio eadem legione eademque classe Macedoniam obtinere iusso prorogatum in annum imperium. triginta quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium consulem mitti iussae; cetera 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

bei Liv. nur einmal, an unserer Stelle, sonst *non nescius*: **43**, 13, 1.

6. *minus simile veri*] = „nicht recht wahrscheinlich"; *minus* ist bei Liv. sehr oft = *non satis*; z. B. **22**, 19, 4 *minus — ausus*.

annum integrum] Liv. läßt unberücksichtigt, daß, wer die Eroberung wie Polybius in 209 setzte, auch die Ankunft 209 und nicht 211 ansetzen mußte.

7. *regionibus—partitum*] „räumlich getrennt". vgl. c. 35, 10 *provinciae — non permixtae regionibus*.

8. *peregrinam cum Gallia*] da die *iurisdictio inter cives et peregrinos* im Kriege abnahm, der Mangel an Feldherrn aber hervortrat, so wird der *praetor peregrinus* nach Bedürfnis mit einem Kommando betraut. c. 22, 3 *peregrina et quo senatus censuisset*.

12. *ex legionibus Cn. Fulvii*] es sind die bei Herdonea geschlagenen Truppen.

13. *militiae ignominia*] vgl. **26**, 1, 10 *ne in oppidis hibernarent neve hiberna propius ullam urbem decem milibus passuum aedificarent*.

ob — iram fugae] freier Gebrauch des gen. object. = wegen der Flucht. **5**, 1, 5 *ob iram repulsae* u. ö.

sub qua militabant] *sub* drückt die Unterwerfung unter eine höhere Anordnung aus; vgl. *sub auspicio, sub duce* u. a. **35**, 19, 4 *sub hoc sacramento — militavi*.

15. *mitti iussae*] *iubeo* ist mit

http://rcin.org.pl

classe placere praedatum in Africam aut ipsum M. Valerium Laevinum traicere aut mittere seu L. Cincium seu M. Valerium
17 Messallam vellet. nec de Hispania quicquam mutatum, nisi quod non in annum Scipioni Silanoque, sed donec revocati ab senatu forent, prorogatum imperium est. ita provinciae exercituumque in eum annum partita imperia.

8 Inter maiorum rerum curas comitia maximi curionis, cum in locum M. Aemili sacerdos crearetur, vetus excitaverunt cer-
2 tamen, patriciis negantibus C. Mamili Atelli, qui unus ex plebe petebat, habendam rationem esse, quia nemo ante eum nisi ex
3 patribus id sacerdotium habuisset. tribuni appellati ad senatum ⟨rem⟩ reiecerunt; senatus populi potetatem fecit: ita primus
4 ex plebe creatus maximus curio C. Mamilius Atellus. et flaminem Dialem invitum inaugurari coegit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccum; decemvirum sacris faciundis creatus in locum Q. Muci Scaevolae demortui C. Laetorius.
5 causam inaugurari coacti flaminis libens reticuissem, ni ex mala fama in bonam vertisset. ob adulescentiam neglegentem luxuriosamque C. Flaccus flamen captus a P. Licinio pontifice maximo erat, L. Flacco fratri germano cognatisque aliis ob
6 eadem vitia invisus. is ut animum eius cura sacrorum et caerimoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores, ut nemo

dem Inf. Pass. verbunden, trotzdem ein persönliches Subjekt die Handlung vollbringt, als wäre der Befehl an die Sache, an der er vollzogen wird, gerichtet. **43**, 12, 6. *quattuor legiones scribi iussae.*

17. *sed donec revocati*] dies ungewöhnliche Verfahren wird bei überseeischen Expeditionen immer notwendiger; ebenso erhält Scipio Afrika **30**, 1, 10., Flamininus Makedonien **32**, 28, 9.

c. 8, 1. *vetus — certamen*] es ist die bereits durch das ogulnische Gesetz (**10**, 6 u. ff.) entschiedene Frage nach der Qualifikation der Plebejer zu höheren Priesterämtern, die für diesen Fall, der kein Präcedens hatte, bestritten wurde.

3. *tribuni appellati*] Atellus ruft die Tribunen zum Schutz der *lex Ogulnia* auf gegen die seiner Wahl versagte Bestätigung (*patriciis negantibus*). Die Tribunen verweisen die Sache an den Senat, als oberste Instanz in sakralen Dingen; der Senat entzieht sich der Entscheidung, indem er es dem Volke überläßt, die *lex Ogulnia* auch auf diesen Fall anzuwenden, was bisher unterblieben war. §. 2. *quia nemo ante — nisi ex patribus.*

populi potestatem fecit] sehr oft sagt Liv.: *populo potestas facta*; Beispiel für den Genitiv nur **43**, 15, 5. *praetores consulis — arbitrium fecerunt.*

4. *inaugurari*] „sich weihen zu lassen"; ein feierliches Augurium entschied über die Zulässigkeit der Wahl.

decemvirum] ist Genit. Plur; „als einer der Decemvirn"; so öfter auch *duumvirum creari* (archaisch).

5. *inaugurari coacti flaminis*] = *cur flamen inaugurari coactus esset.*

adulescentiam neglegentem luxuriosamque] *neglegens* (Gegensatz *diligens*) mit Rücksicht auf die Vermögensverwaltung = unordentlich; bei Liv. nur hier. Durch die mit dem *flaminium* verbundene strenge Zucht hoffte man seine Besserung zu erreichen.

http://rcin.org.pl

tota iuventute haberetur prior nec probatior primoribus patrum, suis pariter alienisque esset. huius famae consensu elatus ad 7
iustam fiduciam sui rem intermissam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetivit, ut in senatum introiret. ingressum eum curiam cum L. Licinius praetor inde eduxisset, 8
tribunos plebis appellavit. flamen vestutum ius sacerdotii repetebat: datum id cum toga praetexta et sella curuli ei flaminio esse. praetor non exoletis vetustate annalium exemplis stare 9
ius, sed recentissimae cuiusque consuetudinis usu volebat: nec patrum nec avorum memoria Dialem quemquam id ius usurpasse. tribuni rem inertia flaminum obliteratam ipsis, non 10
sacerdotio damno fuisse cum aequom censuissent, ne ipso quidem contra tendente praetore magno adsensu patrum plebisque flaminem in senatum introduxerunt, omnibus ita existimantibus, magis sanctitate vitae quam sacerdotii iure eam rem flaminem obtinuisse.

Consules priusquam in provincias irent, duas urbanas le- 11
giones, in supplementum quantum opus erat ceteris exercitibus militum scripserunt. urbanum veterem exercitum Fulvius con- 12
sul C. Fulvio Flacco legato — frater hic consulis erat — in Etruriam dedit ducendum, et legiones quae in Etruria erant Romam deducendas. et Fabius consul reliquias exercitus Ful- 13
viani conquisitas — fuere autem ad quattuor milia trecenti quadraginta quattuor — Q. Maximum filium ducere in Siciliam ad M. Valerium proconsulem iussit atque ab eo duas legiones

6. *tota inventute*] = „im Bereiche der Jugend"; lokaler Ablativ statt *ex* oder *de*; vgl. **26**, 38, 12 *fortissimi — toto Punico exercitu* u. ö.

probatior] diesen Komparativ hat zuerst Liv., doch bildet schon Cicero *probatissimus*. Beachte die Alliteration: *prior probatior primoribus patrum*; häufig *prior potiorque*.

7. *ut in senatum introiret*] er verlangte Eintrittsrecht in den Senat. Anders c. 5, 6.

8. *datum id*] nämlich schon von *Numa*. **1**, 20, 2 *insignique eum veste et curuli regia sella adornavit*.

9. *exoletis vetustate annalium*] „auf den infolge des Alters der Überlieferung ungiltig gewordenen Beispielen". *exolesco* statt des gewöhnlichen *obsolesco* z. B. **2**, 52, 4.

stare ius] „das Recht beruhe nicht, habe nicht zur Grundlage"; konstruiert wie *niti aliq. re*. **24**, 1, 13 *ut — societas eo iure staret* (Cic.).

recentissimae consuetudinis usu] „auf dem durch die neuste Sitte entstandenen Brauche". Gewöhnlich wird umgekehrt nach dem *usus, mos maiorum* entschieden. — Höchst auffallend ist der Pleonasmus *consuetudinis usus*.

usurpasse] bezeichnet mit *repetere* verbunden eine rechtmäfsige Inanspruchnahme. **4**, 3, 5. *quod populi est, repetimus atque usurpamus*.

10. *contra tendente*] *tendere* häufig für Parteibestrebungen der Politik; **24**, 28, 1. *cum alii alio tenderent* **24**, 5, 8. **24**, 31, 4. *ultra tendere*. **23**, 14, 8 *propalam tendere*.

13. *ad quattuor milia trecenti quadraginta quattuor*] *ad* wendet Liv. mehrfach an bei Zahlen, die bis zu den Einern spezialisiert sind; ja sogar **23**, 37, 11. *ad quadraginta unum*.

http://rcin.org.pl

14 et triginta quinqueremes accipere. nihil eae ductae ex insula legiones minuerunt nec viribus nec specie eius provinciae prae-
15 sidium. nam cum praeter egregie suppletas duas veteres legiones transfugarum etiam Numidarum equitum peditumque magnam vim haberet, Siculos quoque, qui in exercitu Epicydis
16 aut Poenorum fuerant, belli peritos viros, milites scripsit. ea externa auxilia cum singulis Romanis legionibus adiunxisset,
17 duorum speciem exercituum servavit: altero L. Cincium partem insulae, qua regnum Hieronis fuerat, tueri iussit; altero ipse ceteram insulam tuebatur, divisam quondam Romani Punicique imperii finibus, classe quoque septuaginta navium partita,
18 ut omni ambitu litorum praesidia orae maritumae essent. ipse cum Muttinis equitatu provinciam peragrabat, ut viseret agros cultaque ab incultis notaret et perinde dominos laudaret
19 castigaretque. ita tantum ea cura frumenti provenit, ut et Romam mitteret, et Catinam conveheret, unde exercitui, qui ad Tarentum aestiva acturus esset, posset praeberi.

9 Ceterum transportati milites in Siciliam — et erant maior pars Latini nominis sociorumque — prope magni motus causa fuere: adeo ex parvis saepe magnarum momenta rerum pen-
2 dent. fremitus enim inter Latinos sociosque in conciliis ortus, decimum annum dilectibus, stipendiis se exhaustos esse; quot-

14. *nec viribus nec specie*] *viribus* = eigentliche Wehrhaftigkeit, *specie* = Ansehnlichkeit; also etwa: faktisch und numerisch.

15. *Epicydis aut Poenorum*] da beides eigentlich dasselbe besagt, erwarten wir *vel* statt *aut*. Liv. macht jedoch von dem einfachen *vel* einen äufserst sparsamen Gebrauch und scheidet es nicht von *aut*; häufiger wendet er *vel — vel* an.

16. *tueri iussit*] *tueri* und *tutari* = decken und bedecken, bezeichnen in der Militärsprache den bewaffneten, zur Abwehr bestimmten und bereiten Schutz c. 15, 5. *tutandis commeatibus* c. 25, 4. *arcem tutatus esset*.

17. *insulam, divisam quondam*] die Worte sind nicht klar, da von einer Teilung zwischen Rom und Karthago nichts bekannt ist.

omni ambitu litorum] *ambitus* im eigentlichen Sinne findet sich auch bei Cic.; Liv. scheint es nur hier zu gebrauchen; häufiger *circuitus*.

cultaque ab incultis notaret] = durch eine nota von einander scheiden; wie *discernere* konstruiert.

perinde] = entsprechend. Zu *perinde* ohne folgenden Vergleichungssatz 3, 44, 2. *perinde uxor instituta fuerat* = dem Manne entsprechend.

19. *tantum frumenti provenit*] „es ging ein als Ertrag". 45, 13, 16 *ex fructibus, quae ibi — proveniant*.

praeberi] „geliefert werden", technischer Ausdruck von Lieferungen auf Staatskosten, daneben *praestare*.

c. 9—10, 10. Mehrere Kolonieen verweigern den Gehorsam.

c. 9, 1. *ex parvis*] erg. *rebus*. vgl. 32, 17, 9. *ex momentis parvarum plerumque rerum penderet (bellum)*.

2. *in conciliis*] es sind private Versammlungen zu politischen Zwecken.

dilectibus stipendiis] das zweigliedrige Asyndeton malt die Erregung der Redner. 25, 14, 9. *quos vires sanguis desereret* von Kämpfern, die mit dem letzten Hauche noch angreifen.

http://rcin.org.pl

annis ferme clade magna pugnare; alios in acie occidi, alios 3
morbo absumi; magis perire sibi civem, qui ab Romano miles
lectus sit, quam qui ab Poeno captus: quippe ab hoste gratis
remitti in patriam, ab Romanis extra Italiam in exilium verius
quam in militiam ablegari. octavum iam ibi annum sene- 4
scere Cannensem militem, moriturum ante, quam Italia hostis,
quippe nunc cum maxime florens viribus, excedat. si veteres
milites non redeant in patriam, novi legantur, brevi neminem 5
superfuturum. itaque, quod propediem res ipsa negatura sit,
priusquam ad ultimam solitudinem atque egestatem perveniant,
negandum populo Romano esse. si consentientis in hoc socios 6
videant Romani, profecto de pace cum Carthaginiensibus iun-
genda cogitaturos; aliter numquam vivo Hannibale sine bello
Italiam fore. haec acta in conciliis. triginta tum coloniae 7
populi Romani erant; ex iis duodecim, cum omnium legationes
Romae essent, negaverunt consulibus esse, unde milites pecu-
niamque darent. eae fuere Ardea Nepete Sutrium Alba Car-
seoli Cora Suessa Cercei Setia Cales Narnia Interamna. nova 8
re consules icti cum absterrere eos a tam detestabili consilio
vellent, castigando increpandoque plus quam leniter agendo
profecturos rati, eos ausos esse consulibus dicere aiebant, quod 9

3. *magis perire sibi*] *sibi* Dativ des Interesses; „er sei für sie mit gröfserer Gewifsheit verloren".

ab Romano — ab Poeno] die Singularia der Völkernamen zur Bezeichnung 1) des ganzen Volkes, 2) des Heeres eines Volkes, 3) des Feldherrn als Vertreter eines Volkes, sind namentlich in der 1. u. 3. Dekade häufig. Meist werden damit grofse Nationen (oder ihre Vertreter) bezeichnet. Auf griechische Verhältnisse wird der Gebrauch nicht ausgedehnt.

in exilium verius] *verius* setzt einen richtigen Ausdruck an die Stelle eines falschen = eigentlich richtiger, mehr. **1**, 56, 9. *ludibrium verius, quam comes.*

ablegari] Ausdruck der Militärs: abkommandieren. **22**, 25, 5. (*consulem*) *procul ab Italia ablegatum.*

4. *nunc cum maxime*] *cum maxime* entstanden aus *ut cum maxime*, erscheint schon bei Cic. ohne *ut* = ganz besonders; **29**, 17, 20 *omnia — passi sumus et cum maxime patimur.*

6. *consentientis in hoc*] *in rem consentire* ist nicht selten, **26**, 36, 10 *in haec — consensum est.* **2**, 32, 9 *in unum consentientia.* Dagegen § 14. *consensisse — ad.*

aliter] = *quod nisi ita fieret,* ebenso *alioquin,* ist livianisch. **30**, 37, 6. *aliter nec indutias nec spem pacis ullam esse.*

7. *coloniae populi R.*] der Genitiv bezeichnet die Kolonien als Besitz des Volkes; ihre Bewohner waren Latiner.

omnium legationes] gemeint sind die *magistratus* und *principes* der Kolonien, die öfters zur Festsetzung der Kontingentziffer nach Rom citiert werden.

8. *nova re — icti*] „von der Überraschung getroffen". Die häufige von körperlichen Verhältnissen entlehnte Metapher ist beiden Sprachen gemeinsam. c. 51, 12 *ictus luctu* u. a.

castigando increpandoque] **10**, 35, 11 *iurganti increpantique.* Da beides nur einen Tadel mit Worten bezeichnet, so kann *leniter agendo* nichts sein, als Bitten.

http://rcin.org.pl

consules ut in senatu pronuntiarent in animum inducere non possent: non enim detractationem eam munerum militiae sed
10 apertam defectionem a populo Romano esse. redirent itaque propere in colonias, et tamquam integra re, locuti magis quam ausi tantum nefas, cum suis consulerent; admonerent non Cam-
11 panos neque Tarentinos esse eos sed Romanos; inde oriundos, inde in colonias atque in agrum bello captum stirpis augendae causa missos; quae liberi parentibus deberent, ea illos Romanis
12 debere, si ulla pietas, si memoria antiquae patriae esset. consulerent igitur de integro: nam tum quidem quae temere agitassent, ea prodendi imperii Romani, tradendae Hannibali vic-
13 toriae esse. cum alternis haec consules diu iactassent, nihil moti legati neque se, quod domum renuntiarent, habere dixerunt, neque senatum suum, quod novi consuleret, ubi nec miles, qui legeretur, nec pecunia, quae daretur in stipendium,
14 esset. cum obstinatos eos viderent consules, rem ad senatum detulerunt, ubi tantus pavor animis hominum est iniectus, ut magna pars actum de imperio dicerent: idem alias colonias facturas, idem socios; consensisse omnis ad prodendam Han-
10 nibali urbem Romanam. Consules hortari et consolari senatum et dicere alias colonias in fide atque officio pristino fore: eas quoque ipsas, quae officio decesserint, si legati circa eas colonias mittantur, qui castigent, non qui precentur, verecundiam
2 imperii habituras esse. permissum ab senatu iis cum esset, agerent facerentque, ut e re publica ducerent, pertemptatis

9. *in animum inducere*] = sich entschliefsen, wird bei Liv. gleichmäfsig mit *ut* und Inf. verbunden; Cicero sagt *animum inducere* mit dem Infinitiv; anders c. 12, 7.

10. *tanquam integra re*] „als wenn die Sache noch unerörtert wäre"; oft *rem integram referre*: über eine noch nicht verhandelte Sache berichten.

11. *sed Romanos*] es wird aufser Augen gelassen, dafs die Kolonisten eigentlich Latiner sind.

inde oriundos] das bei Cicero seltene, mehr dichterische *oriundus* ist bei Liv. häufig für Herleitung der Abstammung aus fernerer Zeit; mit *inde, unde, a, ex.* c. 30, 9. *se — ex ea civitate — oriundos ferunt.*

stirpis augendae causae] „zur Vermehrung der Bevölkerung", **34**, 58, 13 *stirpis augendae causa.* — Liv. hat mehrfach das sonst dichterische *stirps* kollektiv = *liberi.* **23**, 30, 11 *maximus stirpis.*

12. *ea prodendi imperii — esse*] der Genitiv des Gerundivums mit *esse* zur Bezeichnung dessen, wozu eine Sache dient oder geeignet ist, findet sich bei Cicero und Sallust selten, bei Liv. oft.

13. *alternis*] erg. *vicibus*; adverbieller Ablativ. **22**, 41, 3 *alternis imperitabant* erg. *diebus.*

c. **10**, 1. *in fide atque officio — fore*] „sie würden in der Treupflicht verharren"; wie *in potestate esse* offizieller Ausdruck.

eas quoque ipsas] sonst sagt Liv. fast ausnahmslos *et ipse.* c. 4, 7. 27, 7. 28, 16. 32, 4 u. 6. 43, 8 u. s. w.

verecundiam imperii habituras] „würden noch Ehrfurcht empfinden". vgl. **23**, 4, 6. (*R. imperium*) *cuius aliqua verecundia erat.*

2. *agerent facerentque, ut e re publica ducerent*] Formel der Senatsbeschlüsse, mit der den Beamten Vollmacht übertragen wurde.

pertemptatis animis] vor Berufung

http://rcin.org.pl

prius aliarum coloniarum animis citaverunt legatos quaesiveruntque ab iis, ecquid milites ex formula paratos haberent. pro duodeviginti coloniis M. Sextilius Fregellanus respondit et milites ex formula paratos esse, et si pluribus opus esset, pluris daturos, et, quidquid aliud imperaret velletque populus Romanus, enixe facturos: ad id sibi neque opes deesse et animum etiam superesse. consules parum sibi videri praefati pro merito eorum sua voce conlaudari eos, nisi universi patres iis in curia gratias egissent, sequi in senatum eos iusserunt. senatus quam poterat honoratissimo decreto adlocutus eos mandat consulibus, ut ad populum quoque eos producerent et inter multa alia praeclara, quae ipsis maioribusque suis praestitissent, recens etiam meritum eorum in rem publicam commemorarent. ne nunc quidem post tot saecula sileantur fraudenturve laude sua: Signini fuere et Norbani Saticulanique et Fregellani et Lucerini et Venusini et Brundusini et Hadriani et Firmani et Ariminenses, et ab altero mari Pontiani et Paestani et Cosani, et mediterranei Beneventani et Aesernini et Spoletini et Placentini et Cremonenses. harum coloniarum subsidio tum imperium populi Romani stetit, iisque gratiae in senatu et apud populum actae. duodecim aliarum coloniarum, quae detractaverunt imperium, mentionem fieri patres vetuerunt, neque illos dimitti neque retineri neque appellari a consulibus. ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi Romani visa est.

Cetera expedientibus, quae ad bellum opus erant, con-

einer Versammlung sichern sie sich eine Majorität. *pertemptatis* statt des gewöhnlichen *temptatis* noch **2**, 3, 6.

ecquid — haberent] = *nonne haberent*; so auch Cicero.

ex formula] nach der Matrikel, **22**, 57, 10 *ad milites ex formula accipiendos.*

5. *sua voce conlaudari*] „nur durch ihren Mund". Gegensatz: *vocibus alienis* **6**, 36, 8.

6. *honoratissimo decreto*] *honoratus* heifst sonst die Person oder Sache, welche geehrt wird; in transitivem Sinne = ehrend steht *honorificus* **33**, 20, 8 *senatus honorifica — decreta.*

inter multa alia — etiam] livianisch statt *cum multa — tum.* **26**, 50, 2.

quae praestitissent] „was sie geleistet hätten". *praestare* heifst „leisten" bei Liv. im weitesten Umfange. vgl. c. 8, 19.

7. *sileantur*] „soll von ihnen geschwiegen werden". *silere rem* u. *res siletur* findet sich auch bei Cicero, *silere aliquem* ist sonst nur dichterisch. **29**, 24, 4. *si sileretur* = wenn es verschwiegen würde.

fuere et — et — et] das Polysyndeton soll die Menge veranschaulichen.

8. *et ab altero mari*] Liv. scheidet die italischen Meere meist in *superum* und *inferum*, selten *Tuscum* und *Adriaticum.* Nach *Brundusini* und *Hadriani* ist *alterum* hier zweifellos = *Tuscum.*

mediterranei] „aus dem Binnenlande", von den Städten auf die Einwohner übertragen. **21**, 60, 4 *maritimos — populos — in mediterraneis.*

10. *maxime ex dignitate*] der Ausdruck verschleiert, dafs es keine andere Möglichkeit gab. vgl. **31**, 15, 1. *ex dignitate magis visum.*

c. **10**, 11 — c. **12**. Amtshandlungen der Beamten in Rom. Prodigien.

11. *cetera expedientibus*] „als sie

http://rcin.org.pl

sulibus aurum vicensimarium, quod in sanctiore aerario ad
12 ultimos casus servabatur, promi placuit. prompta ad quattuor
milia pondo auri. inde quingena pondo data consulibus et M. Mar-
cello et P. Sulpicio proconsulibus et L. Veturio praetori, qui
13 Galliam provinciam erat sortitus, additumque Fabio consuli
centum pondo auri praecipuum, quod in arcem Tarentinam
portaretur; cetero auro usi sunt ad vestimenta praesenti pecu-
nia locanda exercitui, qui in Hispania bellum secunda sua
11 fama ducisque gerebat. Prodigia quoque, priusquam ab urbe
2 consules proficiscerentur, procurari placuit. in Albano monte
tacta de caelo erant signum Iovis arborque templo propinqua,
et Ostiae lacus, et Capuae murus Fortunaeque aedis, et Sinuessae
3 murus portaque: haec de caelo tacta. cruentam etiam fluxisse
aquam Albanam quidam auctores erant; et Romae intus in
cella [aedis] Fortis Fortunae de capite signum, quod in corona
4 erat, in manum sponte sua prolapsum; et Priverni satis con-
stabat bovem locutum, volturiumque frequenti foro in tabernam
devolasse, et Sinuessae natum ambiguo inter marem ac femi-

zu ordnen versuchten"; dafs sie damit nicht zu Stande kamen, veranlafste eben den Beschlufs: *promi placuit.*

aurum vicensimarium] von dem Werte der freigelassenen Sklaven wurde $^1/_{20}$ = 5% als Abgabe in Gold erhoben und im Ärar im Tempel des Saturn deponiert. —

in sanctiore aerario] = „geheime Schatzkammer", eine besondere Abteilung des Ärar. Zur Öffnung desselben bedurfte es eines besonderen Senatsbeschlusses, daher *promi placuit.*

13. *praecipuum*] „als aufserordentliche Zahlung". *praecipuum* bezeichnet im Gerichtsverfahren den Anteil, den bei Teilungen jemand vor den anderen voraus empfängt. Liv. wendet es sonst stets als Adjektiv an: *praecipuum decus, praecipua munera* u. A.

praesenti pecunia] „gegen bar Geld"; *praesens pecunia* ist sofort, nicht in einer Frist auf Grund von Kontrakten gezahltes Geld; so auch 23, 31, 2. *stipendium praesens.*

c. 11, 2. *arborque templo propinqua*] der sakrale Stil bezeichnet ein Gotteshaus häufiger mit *aedes.* vgl. § 3. *aedis Fortunae; templum* ist jeder inaugurierte Ort.

Ostiae lacus] ein See bei Ostia, von dem sonst nichts bekannt ist.

Capuae murus] von dem Prodigium des Blitzschlages in die Stadtmauern glaubte man, dafs es Verlust der Freiheit und Wiederkehr des Königtums bedeute.

haec de caelo tacta] Rekapitulation, welche meist durch ein Demonstrativ oder demonstratives Adverb eingeführt wird. c. 20, 8 *haec — acta*; u. ö.

3. *aqua Albana*] der Ableitungskanal des Albanersees, 396 auf Geheifs der Götter eingerichtet.

intus in cella] „inwendig in", altertümliche, mehr vulgäre Wendung: 24, 10, 6 *in aede intus.*

sponte sua] von unbelebten Dingen mehrfach, doch stets in umgekehrter Stellung = *sua sponte.*

4. *satis constabat*] = „galt als ausgemacht", sonst von historisch verbürgten Thatsachen; von Prodigien 37, 3, 3. *sereno satis constabat nimbum ortum.*

bovem locutum] auf dies häufig wiederkehrende Prodigium hielt der Senat im Freien Sitzung.

volturiumque] auch das Erscheinen des Uhu und Falken an öffentlichen Orten und in Tempeln galt als Prodigium.

http://rcin.org.pl

nam sexu infantem, quos androgynos volgus, ut pleraque, 5
faciliore ad duplicanda verba Graeco sermone, appellat, et
lacte pluvisse, et cum elephanti capite puerum natum. ea 6
prodigia hostiis maioribus procurata, et supplicatio circa omnia
pulvinaria et obsecratio in unum diem indicta; et decretum,
ut C. Hostilius praetor ludos Apollini, sicut iis annis voti
factique erant, voveret faceretque.

Per eos dies et censoribus creandis Q. Fulvius consul 7
comitia habuit. creati censores, ambo qui nondum consules
fuerant, M. Cornelius Cethegus P. Sempronius Tuditanus. ii 8
censores ut agrum Campanum fruendum locarent, ex auctori-
tate patrum latum ad plebem est, plebesque scivit. senatus 9
lectionem contentio inter censores de principe legendo tenuit.
Semproni lectio erat; ceterum Cornelius morem traditum a
patribus sequendum aiebat, ut qui primus censor ex iis, qui 10
viverent, fuisset, eum principem legerent: is T. Manlius Tor- 11
quatus erat; Sempronius, cui di sortem legendi dedissent, ei
ius liberum eosdem dedisse deos; se id suo arbitrio facturum
lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Ro-
manae civitatis esse vel Hannibale iudice victurus esset. cum 12
diu certatum verbis esset, concedente conlega lectus a Sem-
pronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus consul. inde
alius lectus senatus octo praeteritis, inter quos M. Caecilius
Metellus erat, infamis auctor deserendae Italiae post Cannensem

5. *quos androgynos*] die griechische Wortbildung umschreibt Liv. c. 37, 5 mit *incertus mas an femina*, später bildet er dafür *semimas*. **31**, 12, 8. **39**, 22, 5.

ut pleraque] erg. *appellat*. Der häufige Gebrauch griechischer Fremdwörter in täglicher Rede wird damit bezeugt.

6. *obsecratio*] = *supplicatio* wie **26**, 23, 6. *obsecratio in unum diem*.

ludos Apollini] es sind die 212 eingesetzten *ludi Apollinares*. **26**, 23, 3.

voveret faceretque] so stets bei Übernahme von Gelübden u. a. c. 23, 7. *vovit fecitque*.

9. *Semproni lectio erat*] sonst wählen beide Censoren den *princeps* gemeinsam, verlost wird nur die Ceremonie des *lustrum condere*.

10. *qui primus censor — fuisset*] in ähnlicher Weise wird **23**, 22, 10 der älteste lebende Censor bei der Wahl zum Diktator berücksichtigt.

11. *sortem legendi*] das Resultat der Verlosung erscheint als Götterwille. **44**, 22, 3 *deos — huic favisse sorti spero*.

Hannibale iudice victurus] wenn über diese Frage ein Rechtsstreit entstände, so würde er selbst nach dem Urteil des Hannibal „gewinnen".

12. *concedente conlega*] gewöhnlicher sagt Liv. *concedere alicui aliquid* oder *concedere de aliqua re*; jedoch **30**, 40, 8 *concedente conlega*.

octo praeteritis] merke *senatu movere, eicere* = Ausstoßung bisheriger Senatoren; *praeterire* = Aufnahmeverweigerung (kurulischer Beamten u. a.); doch letzteres bisweilen auch in weiterem Sinne = *movere* **34**, 44, 4. **38**, 28, 2.

inter quos] statt *in quibus*. vgl. **6**, 20, 8 *inter quos C. Servilium* u. ö.

deserendae Italiae] der Plan: *ut deserta Italia ad regem aliquem transfugiant*, wurde durch Scipios Einschreiten vereitelt. **22**, 53.

http://rcin.org.pl

13 cladem. in equestribus quoque notis eadem servata causa;
14 sed erant perpauci, quos ea infamia attingeret. illis omnibus — et multi erant — adempti equi, qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant. addiderunt acerbitati etiam tempus, ne praeterita stipendia procederent iis, quae equo publico
15 meruerant, sed dena stipendia equis privatis facerent. magnum praeterea numerum eorum conquisiverunt, qui equo merere deberent; atque ex iis, qui principio eius belli septemdecim annos nati fuerant neque militaverant, omnis aerarios fecerunt.
16 locaverunt inde reficienda, quae circa forum incendio consumpta erant, septem tabernas, macellum, atrium regium.

12 Transactis omnibus, quae Romae agenda erant, consules
2 ad bellum profecti. prior Fulvius praegressus Capuam; post paucos dies consecutus Fabius, qui et conlegam coram obtestatus et per litteras Marcellum, ut quam acerrimo bello deti-
3 nerent Hannibalem, dum ipse Tarentum oppugnaret: ea urbe adempta hosti iam undique pulso, nec ubi consisteret, nec quod fidum respiceret habenti, ne remorandi quidem causam in Italia
4 fore. Regium etiam nuntium mittit ad praefectum praesidii, quod ab Laevino consule adversus Bruttios ibi locatum erat,
5 octo milia hominum, pars maxima ab Agathyrna, sicut ante dictum est, ex Sicilia traducta, rapto vivere hominum adsue-

14. *Cannensium — equites*] sie werden bestraft 1) mit Verlust der *equi publici*, 2) mit 10jährigem Nachdienen auf eigenem Pferde. Dafs dies 7 Jahre nach der Niederlage geschieht, ist eine aufserordentliche Härte.

15. *qui equo merere deberent*] = Leute, die nach ihrem Vermögen verpflichtet gewesen wären, *equis privatis* zu dienen. Die Censoren verschärfen also die Kontrole der Steuer- und Dienstpflicht.

septemdecim annos] sie hatten sich bei Eintritt der *aetas militaris* der Dienstpflicht entzogen.

aerarios fecerunt] = *aerarios relinquere* oder *in aerarios referre*: Ausstofsung aus der Tribus und Versetzung in die unterste Klasse der Bürger, unter Verlust jeglichen Stimmrechts.

16. *incendio consumpta*] über den Brand **26**, 27, wo jedoch statt *macellum* das *forum piscatorium* steht.

c. 12—15. Doppelschlacht zwischen Marcellus und Hannibal.

2. *prior — praegressus*] ähnliche pleonastische Wendungen des Liv. *retro redire, ante praeoccupare, priorem praevenire, prius praecipere, prius praemeditari* u. a.

coram obtestatus] = „persönlich" oder „mündlich"; vgl. *coram arguere, coram respondere, coram audire*; Gegensatz: *per litteras*. — Zu ergänzen ist *est*, das bei Liv. auch sonst in Nebensätzen fehlt.

3. *quod fidum respiceret*] „eine Stütze, auf die er hinblicken könnte". *respicere* = sich nach etwas umsehen, erwartungsvoll, wie nach einer Hilfe, oder auch ängstlich, wie nach einer Gefahr; ebenso *respectus*. vgl. **21**, 44, 8 *qui respectum habent*.

ne remorandi quidem] *remorari* als Intransitiv findet sich aufser bei Dichtern nur hier; transitiv noch **2**, 45, 7.

5. *ab Agathyrna*] sie werden **26**, 40 *ad populandum Bruttium agrum* hinübergeschafft.

http://rcin.org.pl

torum; additi erant Bruttiorum indidem perfugae, et audacia et audendi omnia necessitatibus pares: hanc manum ad Brut- 6
tium primum agrum depopulandum duci iussit, inde ad Cauloneam urbem oppugnandam. imperata non inpigre solum sed etiam avide executi direptis fugatisque cultoribus agri summa vi urbem oppugnabant. Marcellus et consulis litteris excitus, 7
et quia ita induxerat in animum neminem ducem Romanum tam parem Hannibali quam se esse, ubi primum in agris pabuli copia fuit, ex hibernis profectus ad Canusium Hannibali occurrit. sollicitabat ad defectionem Canusinos Poenus; 8
ceterum ut adpropinquare Marcellum audivit, castra inde movit. aperta erat regio sine ullis ad insidias latebris; itaque in loca saltuosa cedere inde coepit. Marcellus vestigiis instabat ca- 9
straque castris conferebat et opere perfecto extemplo in aciem legiones educebat. Hannibal turmatim per equites peditumque iaculatores levia certamina serens casum universae pugnae non necessarium ducebat. tractus est tamen ad id, quod vitabat, 10
certamen. nocte praegressum adsequitur locis planis ac patentibus Marcellus; castra inde ponentem pugnando undique in munitores operibus prohibet. ita signa conlata pugnatumque totis copiis, et, cum iam nox instaret, Marte aequo discessum

indidem] = „ebendaher", d. h. aus Bruttium; entstanden aus *idem* und *de*, wie *aliunde* aus *alius* und *de*; meist mit Hinzufügung eines Ortsnamens: **25**, 15, 7 *indidem ex Achaia oriundi*; doch auch **23**, 46, 12 ohne Ortsnamen *civis indidem erat*.

7. *ita induxerat in animum*] „er hatte die Überzeugung". Zur Konstruktion vgl. c. 9, 9.

pabuli copia fuit] Bezeichnung des Frühlings; **23**, 48, 1. *altae in segetibus herbae pabulum praebent*: des Spätsommers.

8. *sine ullis ad insidias latebris*] c. 41, 4 *nihil — ad insidias latebrarum*. Dafs das den Zweck bezeichnende zweite Substantiv einfach mit *ad* beigefügt wird, ist selbst bei Liv. ungewöhnlich.

9. *vestigiis instabat*] dem Sinne nach = *vestigiis institit sequi* c. 2, 10. Liv. sagt gleich häufig *vestigiis instare* und *vestigiis insistere*.

turmatim] = „schwadronenweise". Die von Substantiven abgeleiteten Adverbia auf *tim* haben distributive Bedeutung: *curiatim, centuriatim, catervatim, turmatim, viritim* u. a.

peditum iaculatores] = πελτοφορισταί; auch **21**, 52, 9. *peditum iaculatoribus* neben **21**, 46, 3 *iaculatoribus ex peditibus*.

certamina serens] wie c. 41, 5. *procursantes certamina — serebant*: an verschiedenen Punkten kleine Gefechte beginnend; nicht zu verwechseln mit der häufigen Metapher: *bella, discordias serere* = Zwietracht anstiften.

casum universae dimicationis] „das Risiko einer Hauptschlacht." **22**, 32, 2 *in casum universae dimicationis*.

10. *locis planis ac patentibus*] alliterierende Formel: **21**, 7, 5. *planiorem patentioremque*. **27**, 18, 5. *plano campo — patentem*. **24**, 14, 6. *puro ac patenti campo*.

munitores] in der Militärsprache bezeichnen Substantive auf *tor* nicht Soldaten, denen stets eine bestimmte Aufgabe zufällt, sondern die eine stets wiederkehrende Verrichtung vorzunehmen haben: *praedator, pabulator, aquator, explorator, frumentator* u. a.

http://rcin.org.pl

est. castra exiguo distantia spatio raptim ante noctem permunita.

11 Postero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit; nec Hannibal detractavit certamen multis verbis adhortatus milites, ut memores Trasumenni Cannarumque contunderent 12 ferociam hostis: urgere atque instare eum, non iter quietos facere, non castra ponere pati, non respirare aut circumspicere; cotidie simul orientem solem et Romanam aciem in campis 13 videndam esse: si uno proelio haud incruentus abeat, quietius deinde tranquilliusque eum bellaturum. his inritati adhortationibus simulque taedio ferociae hostium cotidie instantium 14 lacessentiumque acriter proelium ineunt. pugnatum amplius duabus horis est; cedere inde ab Romanis dextra ala et extraordinarii coepere. quod ubi Marcellus vidit, duodevicensimam 15 legionem in primam aciem inducit. dum alii trepide cedunt, alii segniter subeunt, turbata tota acies est, dein prorsus fusa, 16 et vincente pudorem metu terga dabant. cecidere in pugna fugaque ad duo milia et septingenti civium sociorumque; in iis quattuor Romani centuriones, duo tribuni militum, M. Li- 17 cinius et M. Helvius. signa militaria quattuor de ala, prima quae fugit, duo de legione, quae cedentibus sociis successerat, amissa.

13 Marcellus, postquam in castra reditum est, contionem adeo saevam atque acerbam apud milites habuit, ut proelio per diem totum infeliciter tolerato tristior iis irati ducis oratio 2 esset. „dis immortalibus, ut in tali re, laudes gratesque“ inquit „ago, quod victor hostis cum tanto pavore incidentibus

12. *non respirare aut circumspicere*] abhängig von *pati*. vgl. 8, 38, 11. *sine respiratione ac respectu pugnabant.*

13. *haud incruentus abeat*] „mit erheblichem Verlust“; auf die Person übertragen, wie hier, 9, 17, 16. *quem — incruentus devicit.* u. 4, 28, 7.

14. *amplius duabus horis*] = *amplius duas horas.* 44, 45, 4. *amplius duabus noctibus.*

extraordinarii] aus den Bundesgenossen wird von der Reiterei ein Drittel, von dem Fufsvolk ein Fünftel als Elitekorps ausgeschieden, die *cohors extraordinaria*, die auch im Lager einen besonderen Platz hat. 7, 7, 9. 34, 47, 3.

15. *vincente pudorem metu*] *pudor* = Ehrgefühl; vgl. 28, 15, 9. *vincente metu verecundiam.*

16. *ad — septingenti*] *ad* vor Zahlwörtern wird bei Liv. so völlig zum Adverb, dafs es den Einfluſs auf die Struktur verliert und sogar bei dem Abl. absol. steht. 22, 31, 5. *ad mille hominum amisso.*

17. *prima quae fugit*] zur Stellung des Zahlwortes vgl. c. 11, 7. *ambo qui — fuerant.*

c. 13, 2. *ut in tali re*] „so weit es in einer solchen Lage möglich ist“. Die Partikel *ut* hat in Appositionen dieser Form meist eine vokalisch anlautende Präposition hinter sich.

laudes gratesque] feierliche Wortverbindung von dem den Göttern geschuldeten Danke. 26, 48, 3. *dis immortalibus laudes gratesque egit.*

incidentibus — in vallum] das von Fliehenden häufig angewendete *incidere* hat in diesem Sinne sonst

http://rcin.org.pl

vobis in vallum portasque non ipsa castra est adgressus: deseruissetis profecto eodem terrore castra, quo omisistis pugnam. qui pavor hic, qui terror, quae repente, qui et cum quibus pugnaretis, oblivio animos cepit? nempe idem sunt hi hostes, quos vincendo et victos sequendo priorem aestatem absumpsistis, quibus dies noctesque fugientibus per hos dies institistis, quos levibus proeliis fatigastis, quos hesterno die nec iter facere nec castra ponere passi estis. omitto ea, quibus gloriari potestis; cuius et ipsius pudere ac paenitere vos oportet, referam. nempe aequis manibus hesterno die diremistis pugnam. quid haec nox, quid hic dies attulit? vestrae iis copiae inminutae sunt, an illorum auctae? non equidem mihi cum exercitu meo loqui videor, nec cum Romanis militibus; corpora tantum atque arma eadem sunt. an, si eodem animos habuissetis, terga vestra vidisset hostis? signa alicui manipulo aut cohorti ademisset? adhuc caesis legionibus Romanis glosiabatur; vos illi hodierno die primum fugati exercitus dedirtis decus". clamor inde ortus, ut veniam eius diei daret; ubi vellet deinde, experiretur militum suorum animos. „ego vero experiar" inquit, „milites, et vos crastino die in aciem educam, ut victores potius quam victi veniam impetretis quam petitis". cohortibus, quae signa amiserant, hordeum dari iussit, centurionesque manipulorum, quorum signa amissa fuerant, destrictis gladiis discinctos destitui; et, ut postero die

bei Liv. stets den Dativ des Ortes bei sich. **26**, 39, 22. *incidentis — foribus.*

3. *nempe iidem sunt hi*] *nempe* mit dem Sinne einer Aufforderung, die Thatsache als richtig zuzugeben = „doch offenbar". §. 5. *nempe aequis manibus.*

priorem aestatem] es sind also die c. 2 unter den Nummern 1 u. 3 genannten Legionen.

5. *omitto — referam*] Figur der *praeteritio*: „ich übergehe was Euch rühmlich sein könnte (die bisherigen Erfolge), erwähnen will ich, was Euch gleichfalls (nämlich wie Eure Niederlage) Schande macht: dafs Ihr das erste römische Heer seid". u. s. w.

aequis manibus] ist statt *aequo Marte* ungewöhnlich und vor Liv. nicht nachzuweisen. c. 12, 10.

diremistis pugnam] „ihr habt den Kampf beendigt"; gewöhnlich wird *dirimere pugnam, certamen, simultates* von dem gesagt, der einen Streit zwischen anderen schlichtet.

7. *ademisset*] mit feststehender Wendung sagt Liv. in den Schlachtberichten *signa capere* oder *adimere.* c. 42, 7. *signa — adempta.*

8. *veniam eius diei daret*] „er möchte für diesen Tag Verzeihung gewähren, ihn nicht anrechnen". **26**, 17, 13. *data venia eius diei.*

deinde] = „darnach, in Zukunft". c. 23, 7. *is dies deinde sollemnis servatus.*

ego vero] *vero* dient allgemein zur Bekräftigung der Antwort, sowohl der verneinenden, als bejahenden — letzteres namentlich mit Pronomen: **28**, 9, 8. *se vero*; ohne Pronomen: c. 19, 11. *cum — cupere vero diceret.*

9. *hordeum*] sonst Futter der Pferde; die Soldaten erhielten Waizen. Ähnlich bestraft Gracchus **24**, 16, 13. *non aliter quam stanest cibum potionemque — capturos.*

destrictis gladiis] mit blofsem

http://rcin.org.pl

10 omnes, equites pedites, armati adessent, edixit. ita contio dimissa fatentium iure ac merito sese increpitos, neque illo die virum quemquam in acie Romana fuisse praeter unum ducem, cui aut morte satisfaciendum aut egregia victoria esset. postero
11 die armati ornatique ad edictum aderant. imperator eos conlaudat pronuntiatque, a quibus orta pridie fuga esset, cohortesque, quae signa amisissent, se in primam aciem inducturum;
12 edicere iam sese omnibus pugnandum ac vincendum esse et adnitendum singulis universisque, ne prius hesternae fugae
13 quam hodiernae victoriae fama Romam perveniat. inde cibo corpora firmare iussi, ut, si longior pugna esset, viribus sufficerent. ubi omnia dicta factaque sunt, quibus excitarentur animi militum, in aciem procedunt.

14 Quod ubi Hannibali nuntiatum est, „cum eo nimirum“ inquit „hoste res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam possit! seu vicit, ferociter instat victis; seu victus est,
2 instaurat cum victoribus certamen“. signa inde canere iussit et copias educit. pugnatum utrimque aliquanto quam pridie acrius est, Poenis ad obtinendum hesternum decus adnitenti-
3 bus, Romanis ad demendam ignominiam. sinistra ala ab Romanis et cohortes, quae amiserant signa, in prima acie pugna-
4 bant, et legio vicensima ab dextro cornu instructa. L. Cornelius Lentulus et C. Claudius Nero legati cornibus praeerant; Marcellus mediam aciem hortator testisque praesens firmabat.

Schwert, ohne Gürtel und Mantel (*discinctos*) stellte er sie an den Pranger. *destitui* = bloßstellen zur Bestrafung. **10**, 4, 4. *cohortes — destitutas invenit.*

omnes, — equites pedites] wiederholt folgt auf den Gesamtbegriff asyndetisch die Aufzählung der einzelnen Teile desselben; **10**, 36, 12 *omnes, duces milites* u. o.

10. *armati ornatique*] „im Schmuck der Waffen“ = in voller Kriegsrüstung. **24**, 48, 7. *armandi ornandique — artem* u. ö.

11. *in aciem inducturum*] Liv. sagt vom schweren Fußvolk: *in pugnam, in aciem, in cornua inducere*; von Reiterei, Leichtbewaffneten und Schiffen: *inmittere in fugientes, in hostes, in flumen.*

c. 14, 1. *cum eo nimirum — hoste*] *nimirum* bezeichnet die Thatsache als selbstverständlich. **30**, 28, 2. *locum nimirum, non periculum mutatum.*

seu vicit] dieser von römischen Dichtern und Prosaikern oft variierte Lieblingsgedanke (**9**, 3, 12. **26**, 41, 9) erscheint durch die Alliteration *instat — instaurat* und *vicit — victis, victus — victoribus* besonders pointiert.

2. *signa canere iussit*] erg. *tibicines.* Handlungen, welche bestimmten Personen ein für allemal zukommen, stehen oft unter Ergänzung dieser Personen im Infinitiv activi nach *iubere* **29**, 7, 6. *receptui canere cum iussisset.*

aliquanto quam pridie acrius] daß der verglichene Gegenstand mit *quam* dem Komparativ vorausgeht, findet sich oft bei Liv. **2**, 7, 10. *ut, ubi sim, quam qui sim, magis referat.*

ad demendam ignominiam] erg. *sibi.* Liv. sagt *demere alicui metum, curam* u. a. von Dingen, die wie eine Last empfunden werden; dagegen *demere alq. de aliq. re.* = vermindern, abziehen.

4. *testis praesens*] „Augenzeuge“,

http://rcin.org.pl

ab Hannibale Hispani primam obtinebant frontem, et id roboris 5
in omni exercitu erat. cum anceps diu pugna esset, Hannibal 6
elephantos in primam aciem induci iussit, si quem inicere ea
res tumultum ac pavorem posset. et primo turbarunt signa 7
ordinesque, et partim occulcatis partim dissupatis terrore, qui
circa erant, nudaverant una parte aciem, latiusque fuga manasset, 8
ni C. Decimius Flavus tribunus militum signo arrepto primi
hastati manipulum eius signi sequi se iussisset. duxit ubi
maxime tumultum conglobatae beluae faciebant, pilaque in eas
conici iussit. haesere omnia tela haud difficili ex propinquo 9
in tanta corpora ictu et tum conferta turba. sed ut non
omnes vulnerati sunt, ita in quorum tergis infixa stetere pila,
ut est genus anceps, in fugam versi etiam integros avertere.
tum iam non unus manipulus, sed pro se quisque miles, qui 10
modo adsequi agmen fugientium elephantorum poterat, pila
conicere. eo magis ruere in suos beluae tantoque maiorem
stragem edere, quam inter hostis ediderant, quanto acrius pavor
consternatam agit, quam insidentis magistri imperio regitur.
in perturbatam transcursu beluarum aciem signa inferunt 11
Romani pedites et haud magno certamine dissupatos trepi-
dantisque avertunt. tum in fugientes equitatum inmittit Mar- 12
cellus, nec ante finis sequendi est factus, quam in castra pa-
ventes conpulsi sunt. nam super alia, quae terrorem trepi- 13
dationemque facerent, elephanti forte duo in ipsa porta cor-
ruerant, coactique erant milites per fossam vallumque ruere
in castra. ibi maxima hostium caedes facta: caesa ad octo

sonst *testis spectatorque* **26**, 44, 8. **21**, 43, 17.

5. *primam — frontem*] *frons* = „Schlachtlinie, oder Teil der Schlachtlinie“ ist nicht selten. c. 48, 8 *ea frons*. **10**, 14, 17 wird sogar *prima frons* und *secunda acies* geschieden.

id roboris fuit] = *id robur fuit*. Das Prädikatsnomen *robur* ist zu dem regierenden Neutrum *id* als Genitiv bezogen; *id roboris fuit* sagt Liv. fast stets.

6. *si posset*] „um zu versuchen, ob“; so sagt Liv. oft mit zu ergänzendem Verbum des Versuchens. Der indir. Fragesatz enthält dann stets das Hilfsverb. *posse*. c. 27, 3.

7. *partim occulcatis*] das Verbum scheint einer älteren Sprachperiode anzugehören; Liv. sagt sonst *obtero*, Cicero: *conculco*.

8. *primi hastati*] des ersten Manipels der *hastati*, wie *primi principis*: des ersten Manipels der *principes*.

9. *haesere omnia tela*] „alle Schüsse saßen“. **30**, 5, 7. *casis iniectus ignis haesit*.

et tum] „und überdies damals“. **24**, 37, 3. *et tum intenderant eum — proditiones*.

ut est genus anceps] „unzuverlässig, wie diese Tierart ist“. *ut est* als erklärender Zusatz wird stets in den zu erklärenden Satz eingeschoben.

10. *qui modo*] *modo* hat hier beschränkenden Sinn: „wofern nur“. **33**, 3, 4. *quibus modo quicquam reliqui roboris erat*.

tantoque maiorem] indem in die korrelativen Sätze *tanto — quanto* je ein Komparativ mit *quam* eingesetzt ist, entsteht eine Doppelgleichung. **4**, 23, 6 u. ö.

consternatam agit] *consternari* =

http://rcin.org.pl

14 milia hominum, quinque elephanti. nec Romanis incruenta victoria fuit: mille ferme et septingenti de duabus legionibus, et sociorum supra mille et trecentos occisi; vulnerati permulti 15 civium sociorumque. Hannibal nocte proxima castra movit; cupientem insequi Marcellum prohibuit multitudo sauciorum. 15 speculatores, qui prosequerentur agmen, missi postero die rettulerunt Bruttios Hannibalem petere.

2 Isdem ferme diebus et ad Q. Fulvium consulem Hirpini et Lucani et Volcientes traditis praesidiis Hannibalis, quae in urbibus habebant, dediderunt sese, clementerque a consule cum verborum tantum castigatione ob errorem praeteritum accepti; 3 et Bruttiis similis spes veniae facta est, cum ab iis Vibius et Paccius fratres, longe nobilissimi gentis eius, eandem, quae data Lucanis erat, condicionem deditionis petentes venissent. 4 Q. Fabius consul oppidum in Sallentinis Manduriam vi cepit. ibi ad tria milia hominum capta et ceterae praedae aliquantum. inde Tarentum profectus in ipsis faucibus portus posuit 5 castra. navis, quas Laevinus tutandis commeatibus habuerat, partim machinationibus onerat apparatuque moenium oppugnandorum, partim tormentis et saxis omnique missilium telorum genere instruit, onerarias quoque, non eas solum, quae 6 remis agerentur, ut alii machinas scalasque ad muros ferrent,

scheu werden; von Elefanten: 28, 15, 5. von Pferden 21, 33, 3; von Menschen 21, 24, 2. *ad arma consternati.*

14. *supra mille et trecentos*] *supra* = „mehr als" wird bei Liv. zuerst mit Zahlen angewendet und zwar, wie *ad*, meist ohne Einfluſs auf die Konstruktion. Ausnahme ist noch c. 42, 7. *supra septingentos capti.*

c. 15, 1. *qui prosequerentur*] in feindlichem Sinne bei Cäsar mehrfach, bei Liv. selten. 25, 11, 4 *ut — pulsos prosequerentur.*

c. 15, 2—16, 9. Fabius erobert Tarent zurück.

2. *et ad Q. Fulvium — dediderunt*] Liv. sagt sonst *dedere se alicui;* doch *deditio ad aliq.* 28, 22, 5. Die Präpositionalumschreibung ist der vulgärere Ausdruck: Plautus sagt *ad carnificem tradere, ad mortem dare*; Cicero *carnifici tradere,* Horaz: *morti dare.*

ob errorem] schonend wird der Abfall der Reuigen als „politischer Fehler" bezeichnet.

3. *petentes venissent*] nach den Verbis der Bewegung hat das Part. praes. bei Liv. nicht selten die Bedeutung eines Finalsatzes: = um zu bitten.

4. *in ipsis faucibus*] gemeint ist die Stelle des Festlandes, welche der Einfahrt *(fauces)* in den Hafen am nächsten liegt.

5. *tutandis commeatibus*] Dativ des Zweckes, welchen Liv. namentlich vom Gerundivum in weitem Umfange anwendet: *data dextra — obligandae fidei*; *machinamenta quatiendis muris* u. A.

machinationibus] der häufigste Ausdruck ist *machinae;* seltener *machinationes* od. *machinamenta.*

missilium telorum] *missile,* ursprünglich Adjektiv = zum Schleudern geeignet, hat Substantiva wie *saxa, tela* u. a. bei sich; erscheint jedoch auch allein als Substantiv. c. 18, 14. *cum — missilibus pugna eluditur.*

quae remis agerentur] die Lastschiffe waren meist gröſser als die Kriegsschiffe und führten nur Segel.

6. *scalas ferrent*] die stereotype

http://rcin.org.pl

alii procul ex navibus vulnerarent moenium propugnatores. hae naves ut ab aperto mari urbem adgrederentur instructae 7
parataeque sunt. et erat liberum mare classe Punica, cum Philippus oppugnare Aetolos pararet, Corcyram tramissa. in 8
Bruttiis interim Cauloneae oppugnatores sub adventum Hannibalis, ne opprimerentur, in tumulum a praesenti impetu tutum, ad cetera inopem, concessere.

Fabium Tarentum obsidentem leve dictu momentum ad 9
rem ingentem potiundam adiuvit. praesidium Bruttiorum datum ab Hannibale Tarentini habebant. eius praesidii praefectus deperibat amore mulierculae, cuius frater in exercitu Fabii consulis erat. is certior litteris sororis factus de nova 10
consuetudine advenae locupletis atque inter popularis tam honorati, spem nactus per sororem quolibet inpelli amantem posse, quid speraret ad consulem detulit. quae cum haud 11
vana cogitatio visa esset, pro perfuga iussus Tarentum transire, ac per sororem praefecto conciliatus, primo occulte temptando animum, dein satis explorata levitate blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem custodiae loci, cui praepositus erat. ubi et ratio agendae rei et tempus convenit, 12
miles nocte per intervalla stationum clam ex urbe emissus ea, quae acta erant, quaeque ut agerentur convenerat, ad consulem refert. Fabius vigilia prima dato signo iis, qui in arce 13
erant, quique custodiam portus habebant, ipse circumito portu ab regione urbis in orientem versa occultus consedit. canere 14
inde tubae simul ab arce simul a portu et ab navibus, quae ab aperto mari adpulsae erant, clamorque undique cum ingenti tumultu, unde minimum periculi erat, de industria ortus. consul interim silentio continebat suos. igitur Democrates, 15

Wendung *scalas ferre* (vgl. **26**, 44, 6) ist beibehalten, obwohl sie sich zu Schiffe befinden.

7. *ab aperto mari*] *apertum mare* = die offene See, im Gegensatz zum Küstenstriche; *liberum mare* (§ 7). = freie See, ohne Gegner. Ähnlich ist *pacato mari* = *et ab hoste et ab tempestatibus mari tuto*. **30**, 24, 5. **28**, 42, 3.

8. *ad cetera inopem*] „sonst ohne Mittel" (zur Verpflegung). *ad cetera* = *εἰς τὰ ἄλλα* findet sich mehrfach: **37**, 7, 15. **30**, 1, 4 u. 29, 9. **35**, 31, 2. **38**, 14, 3. als Ersatz für das von Liv. spärlich gebrauchte adverbielle *cetera*. **1**, 32, 2. *cetera egregium*.

9. *ad rem ingentem potiundam*] das Gerundiv von Deponentibus, die den Ablativ regieren, erscheint am häufigsten im Genitiv; namentlich *spes potiundae urbis, arcis;* seltener wie hier mit Präpositionen oder im Accusativ wie c. 11, 8 *agrum fruendum locare*.

11. *pro perfuga*] *pro* bezeichnet hier nur die angenommene Stellvertretung. **2**, 7, 3. *abiere Romani ut victores, Etrusci pro victis*.

13. *consedit*] ist eigentlicher Ausdruck für sich in den Hinterhalt legende Truppen; daher *in insidiis, occultus consedit*; hervorbrechen aus dem Hinterhalte = *cooriri, exoriri, existere e latebris*.

15. *Democrates*] **26**, 39. Sieger in einer Seeschlacht.

http://rcin.org.pl

qui praefectus antea classis fuerat, forte illi loco praepositus, postquam quieta omnia circa se vidit, alias partis eo tumultu
16 personare, ut captae urbis interdum excitaretur clamor, veritus, ne inter cunctationem suam consul aliquam vim faceret ac signa inferret, praesidium ad arcem, unde maxime terribilis
17 accidebat sonus, traducit. Fabius cum et ex temporis spatio et ex silentio ipso, quod, ubi paulo ante strepebant excitantes vocantesque ad arma, inde nulla accidebat vox, deductas custodias sensisset, ferri scalas ad eam partem muri, qua Bruttiorum cohortem praesidium agitare proditionis conciliator
18 nuntiaverat, iubet. ea primum captus est murus adiuvantibus recipientibusque Bruttiis, et transcensum in urbem est; inde et proxuma refracta porta, ut frequenti agmine signa infer-
19 rentur. tum clamore sublato sub ortum ferme lucis nullo obvio armato in forum perveniunt, omnisque undique, qui ad arcem portumque pugnabant, in se converterunt.

16 Proelium in aditu fori maiore impetu quam perseverantia commissum est: non animo, non armis, non arte belli, non
2 vigore ac viribus corporis par Romano Tarentinus erat. igitur pilis tantum coniectis, prius paene, quam consererent manus, terga dederunt, dilapsique per nota urbis itinera in suas
3 amicorumque domos. duo ex ducibus Nico et Democrates fortiter pugnantes cecidere; Philemenus, qui proditionis ad Hannibalem auctor fuerat, cum citato equo ex proelio avectus
4 esset, vacuus paulo post equus errans per urbem cognitus, corpus nusquam inventum est: creditum vulgo est in puteum
5 apertum ex equo praecipitasse. Carthalonem autem, praefectum Punici praesidii, cum commemoratione paterni hospitii

16. *captae urbis clamor*] ein häufiger Vergleich, bei dem jedoch hier das Fehlen einer Vergleichungspartikel auffällt. **25**, 10, 1. *clamor, qualis esse in capta urbe solet.* **24**, 39, 6 u. a.

vim faceret] „einen Sturm versuchte"; *vim facere, admovere, parare, fit vis* sind stehende livianische Ausdrücke für (bewaffneten) Angriff.

17. *strepebant excitantes*] *strepere* wird meist von Dingen gesagt: *omnia strepunt, auris strepunt, urbs strepit.*

praesidium agitare] ungewöhnlicher Ausdruck; doch sagt schon Plautus: *custodiam agitare*; sonst wie c. 8, 19. *aestiva agere.*

19. *nullo obvio armato*] die Hinzufügung eines Prädikatsnomens zum *abl. absol.* hat bei Liv. eine sehr weite Ausdehnung: c. 29, 7 *nullo ferme obvio armato.* c. 34, 3. *moderati et prudenti viro adiuncto conlega.* u. a. (bei Cicero ganz vereinzelt).

c. **16**, 1. *vigore ac viribus*] stamm- oder sinnverwandte Wörter verbindet Liv. gern zu alliterierenden Formeln: § 9 *dirutus — ac disiectus.* c. 18, 9. *per praecipitia et praerupta.* **21**, 4, 2. **23**, 45, 3. *vim vigoremque.* **25**, 38, 8 *vivunt vigentque, terrore ac tumultu* u. a.

4. *vacuus equus*] „das reiterlose Pferd". **44**, 26, 3. *prolapsorum equitum vacuos — equos.*

praecipitasse] „er sei hinabgestürzt"; findet sich intransitiv in der 1. Dekade öfter, in der 3. Dekade noch c. 40, 3. u. **25**, 11, 6.

5. *cum commemoratione paterni hospitii*] diese Gastfreundschaft ist

http://rcin.org.pl

positis armis venientem ad consulem miles obvius obtruncat. alii alios passim sine discrimine armatos inermisque caedunt, 6
Carthaginienses Tarentinosque pariter. Bruttii quoque multi passim interfecti, seu per errorem, seu vetere in eos insito odio, seu ad proditionis famam, ut vi potius atque armis captum Tarentum videretur, extinguendam. tum ab caede ad 7
diripiendam urbem discursum. triginta milia servilium capitum dicuntur capta, ingens argenti vis facti signatique, auri octoginta tria milia pondo, signa tabulae, prope ut Syracusarum ornamenta aequaverint. sed maiore animo generis eius praeda 8
abstinuit Fabius quam Marcellus; qui interroganti scriba, quid fieri signis vellet ingentis magnitudinis — di sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium formati —, deos iratos Tarentinis relinqui iussit. murus inde, qui urbem ab arce 9
dirimebat, dirutus est ac disiectus.

Dum haec Tarenti aguntur, Hannibal, iis, qui Cauloneam obsidebant, in deditionem acceptis, audita oppugnatione Tarenti 10
dies noctesque cursim agmine acto, cum festinans ad opem ferendam captam urbem audisset, „et Romani suum Hannibalem“ inquit „habent: eadem qua ceperamus arte Tarentum amisimus“. ne tamen fugientis modo convertisse agmen vide- 11
retur, quo constiterat loco, quinque milia ferme ab urbe posuit castra. ibi paucos moratus dies Metapontum sese recepit. inde duos Metapontinos cum litteris principum eius civitatis 12
ad Fabium Tarentum mittit, fidem ab consule accepturos in-

ebenso unbekannt, wie Carthalo selbst.

6. *alii alios*] eine Häufung asyndetischer Glieder. Sinnverwandte Adverbia, von denen das zweite das erste ergänzt, verbindet Liv. oft zu asyndetischen Paaren: *clam nocte, nocte clam, nocte silentio, luce palam, clam furtim, passim sine discrimine* u. a.

seu per errorem] beachte die Variation der Konstruktion. — *per errorem* = *par erreur*, bei Liv. steht häufig *per* zur Angabe des Grundes. vgl. **26**, 27, 8. *per iram.*

7. *servilium capitum*] *caput* = Person, ist sehr häufig. **29**, 29, 3. *liberorum servorumque capitum.*

8. *maiore animo*] andere berichten, dafs Fabius den Marcellus noch überbot und eine Kolossalstatue des Jupiter *(signis ingentis magnitudinis)* nur zurückliefs, weil er sie nicht fortschaffen konnte.

quid fieri signis vellet] „was geschehen solle mit“; *signis* ist instrumentaler Ablativ, den Liv. **33**, 27, 10; **34**, 24, 3 *quid futurum — nobis est* gebraucht, sonst auch *de:* **26**, 33, 13. *de iis rebus quid fieri velitis rogo* u. ö.

in modum] = *modo*, was sich bei Liv. öfter findet; hier *in modum* wegen *formati*, das stets mit *in* c. accus. verbunden wird; vgl. *in suos mores formare* u. a.

c. **16**, 9—16. Hannibals vergeblicher Versuch, den Fabius zu überlisten.

10. *agmine acto*] Verba mit Objekt gleichen Stammes wendet Liv. häufig an. **21**, 61, 4. *raptim — agmine acto.* vgl. *sectam sequi, facinus facere, servitutem servire* u. a.

11. *ab urbe*] nämlich *Tarento*; nicht, wie sonst = *ab Roma*; ebenso **26**, 39, 6 *quindecim milia ferme ab urbe.*

http://rcin.org.pl

punita iis priora fore, si Metapontum cum praesidio Punico
13 prodidissent. Fabius quae adferrent vera esse ratus diem,
qua accessurus esset Metapontum, constituit litterasque ad
14 principes dedit, quae ad Hannibalem delatae sunt. enimvero
laetus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo invictus
15 fuisset, haud procul Metaponto insidias ponit. Fabio auspi-
canti, priusquam egrederetur ab Tarento, aves semel atque
iterum non addixerunt; hostia quoque caesa consulenti deos
haruspex cavendum a fraude hostili et ab insidiis praedixit.
16 Metapontini, postquam ad constitutam non venerat diem, re-
missi, ut cunctantem hortarentur, ac repente conprehensi metu
gravioris quaestionis detegunt insidias.

17 Aestatis eius principio, qua haec agebantur, P. Scipio in
Hispania cum hiemem totam reconciliandis barbarorum animis
partim donis partim remissione obsidum captivorumque ab-
sumpsisset, Edesco ad eum clarus inter duces Hispanos venit.
2 erant coniunx liberique eius apud Romanos; sed praeter eam
causam etiam velut fortuita inclinatio animorum, quae Hispa-
niam omnem averterat ad Romanum a Punico imperio, traxit
3 eum. eadem causa Indibili Mandonioque fuit, haud dubie
omnis Hispaniae principibus, cum omni popularium manu re-
licto Hasdrubale secedendi in imminentis castris eius tumulos,
unde per continentia iuga tutus receptus ad Romanos esset.
4 Hasdrubal, cum hostium res tantis augescere incrementis cer-
neret, suas imminui, ac fore ut, nisi audendo aliquid moveret,
5 qua coepissent, fluerent, dimicare quam primum statuit. Sci-

13. *diem, qua accessurus esset*] gewöhnlicher: *qua die accessurus esset, constituit*; dieselbe Wendung sogar im Indikativ. c. 50, 3.

15. *aves — non addixerunt*] die heiligen Hühner *(pulli)* verweigern zu fressen; wofür offizielle Formel: *non addicunt;* freier *aves non admittunt.*

semel atque iterum] die Befragung des Götterwillens wurde fortgesetzt, bis günstige Zeichen sich ergaben. vgl. c. 23, 4.

16. *gravioris quaestionis*] „die peinliche Frage". d. h. Tortur. vgl. c. 3, 5. *quaestione acriter habita.*

c. 17—20. Die Lage in Spanien; Schlacht bei Baecula.

1. *Scipio cum — Edesco*] auch wenn das Subjekt des Vordersatzes von dem des Hauptsatzes verschieden ist, läfst Liv. jenes die Periode beginnen und die Konjunktion unmittelbar folgen: c. 16, 3—4. *Philemenus, cum — equus.*

coniunx — apud Romanos] sie waren ihnen zu Neu-Carthago in die Hände gefallen.

3. *haud dubie*] in Verbindung mit Verbis und Nominibus sehr oft = zweifellos, anerkanntermafsen; *nec dubie* und *procul dubio* finden sich dagegen bei Liv. nur je einmal, *sine dubio* gar nicht.

4. *augescere incrementis*] ist Variation der *figura etymologica* statt: *crescere incrementis* oder *auctibus augeri.* 29, 27, 3. 4, 2, 2.

aliquid moveret] *nihil, aliquid movere* ist stehende Wendung für politisches oder militärisches Unternehmen: „eine Wendung, einen Umschwung hervorbringen". c. 17, 8 *nihil maioris rei motum.*

qua coepissent, fluerent] = „in der begonnenen Richtung weiter zer-

http://rcin.org.pl

pio avidior etiam certaminis erat, cum a spe, quam successus rerum augebat, tum quod, priusquam iungerentur hostium exercitus, cum uno dimicare duce exercituque, quam simul cum universis malebat. ceterum, etiamsi cum pluribus pariter dimicandum foret, arte quadam copias auxerat. nam cum videret nullum esse navium usum, quia vacua omnis Hispaniae ora classibus Punicis erat, subductis navibus Tarracone navalis socios terrestribus copiis addidit. et armorum adfatim erat ⟨et⟩ captorum Carthagine et quae post captam eam fecerat tanto opificum numero incluso. cum iis copiis Scipio veris principio ab Tarracone egressus — iam enim et Laelius redierat ab Roma, sine quo nihil maioris rei motum volebat — ducere ad hostem pergit. per omnia pacata eunti, ut cuiusque populi finis transiret, prosequentibus excipientibusque sociis, Indibilis et Mandonius cum suis copiis occurrerunt. Indibilis pro utroque locutus, haudquaquam ⟨ut⟩ barbarus stolide incauteve, sed potius cum verecundia ⟨ac⟩ gravitate propiorque excusanti transitionem ut necessariam, quam glorianti eam velut primam occasionem raptam: scire enim se transfugae nomen execrabile veteribus sociis, novis suspectum esse; neque eum se reprehendere morem hominum, si tamen anceps odium causa, non nomen faciat. merita inde

6 7 8 9 10 11 12

schmelzen"; häufige Metapher von Dingen, die aus Mangel an innerem Halt sich gleichsam auflösen: *corpora, membra, vires, res fluunt.*

5. *a spe*] kausaler Ablativ mit Präposition; häufig bei Liv. **26**, 1, 3 *ab ira.*

iungerentur] „sich mit einander verbänden"; die passiven Formen verwendet Liv. mehrfach in reziprokem Sinne: **26**, 37, 5. *res — quadam vice pensatae*: erg. *inter se*; = sie hielten sich unter einander das Gleichgewicht.

6. *etiamsi*] „selbst für den Fall, daſs"; so auch *si* = falls c. 16, 14. *si ne Fabius quidem*; und *nisi*: falls nicht.

7. *adfatim*] aus dem Altlateinischen: *ad fatim* = bis zur Ermüdung, zur Genüge.

tanto — incluso] nämlich: *in publica officina.* **26**, 51, 7. **29**, 35, 8 *opificibus — inclusis.*

8. *Laelius redierat ab Roma*] über die Sendung des Laelius vgl. **26**, 51, 1. — Seine besondere Anerkennung durch Scipio **26**, 48, 14. *sibimet ipsi aequavit* (*Laelium*).

ducere ad hostem pergit] „er marschierte gerade gegen den Feind". *ducere* ohne Objekt (*copias*), Ausdruck der Militärsprache, ist sehr häufig = marschieren, meist mit Angabe des Zieles (*ad*).

9. *ut — transiret*] Konjunktiv der Wiederholung, der von Liv. ab häufig bei *ut, ubi, quum*, und verallgemeinernden Relativen in Prosa erscheint.

10. *stolide incauteve*] „plump oder unbedacht". *stolidus* ist stetes Beiwort der auf rohe Kraft trotzenden Barbaren; sie heiſsen *stolide laeti, stolide feroces*, und *stolida fiducia, stolida impudensque postulatio* u. a. wird ihnen zugeschrieben.

propiorque excusanti] näher kommend, d. h. ähnlicher einem sich entschuldigenden, ebenso **2**, 64, 6. *paucitas damno sentiendo propior erat*: = lieſs aus gröſserer Nähe, d. h. stärker empfinden.

eam — occasionem raptam] „rasch ergriffen zu haben, wie die erste beste Gelegenheit". Zu *rapere* = hastig ergreifen c. 32, 6. *raptus ab suis.* c. 19, 1. *pecunia rapta* u. a.

11. *si tamen*] beschränkt den Sinn

http://rcin.org.pl

sua in duces Carthaginiensis commemoravit, avaritiam contra eorum superbiamque et omnis generis iniurias in se atque
13 popularis. itaque corpus dumtaxat suum ad id tempus apud eos fuisse; animum iam pridem ibi esse, ubi ius ac fas crederent coli. ad deos quoque confugere supplices, qui nequeant
14 hominum vim atque iniurias pati: se id Scipionem orare, ut transitio sibi nec fraudi apud eum nec honori sit; qualis ex ea die experiundo cognorit, perinde operae eorum pretium
15 faceret. ita prorsus respondet facturum Romanus, nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint societatem ratam, ubi
16 nec divini quicquam nec humani sanctum esset. productae deinde in conspectum is coniuges liberique lacrumantibus gau-
17 dio redduntur. atque eo die in hospitium abducti; postero die foedere accepta fides, dimissique ad copias adducendas. isdem deinde castris tendebant, donec ducibus is ad hostem perventum est.

18 Proximus Carthaginiensium exercitus Hasdrubalis prope
2 urbem Baeculam erat. pro castris equitum stationes habebant. in eas velites antesignanique et qui primi agminis erant, advenientis ex itinere, priusquam castris locum caperent, adeo contemptim impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utri-
3 que parti animorum esset. in castra trepida fuga conpulsi
4 equites sunt, signaque Romana portis prope ipsis inlata. atque illo quidem die inritatis tantum ad certamen animis castra
5 Romani posuerunt. nocte Hasdrubal in tumulum copias recipit plano campo in summo patentem; fluvius ab tergo, ante
6 circaque velut ripa praeceps oram eius omnem cingebat. sub-

des vorhergehenden Satzes, wie *si modo*, wenigstens wenn. Bei Liv. nur hier.

14. *fraudi*] = „zum Nachteile", in passivem Sinne; vgl. **26**, 12, 5.

operae — pretium faceret] „so hoch solle er ihre Leistungen anschlagen", eig.: den Preis für ihre Mühe bestimmen; anders als das gewöhnliche: *operae pretium facere* = etwas der Mühe wertes thun.

17. *foedere accepta fides*] „ihr Treugelöbnis auf Grund eines Vertrages wurde entgegengenommen"; **9**, 5, 2 *foedere pax — facta.*

castris tendebant] Liv. sagt *tendere, considere castris*, wie er auch fast ausnahmslos *se tenere castris, vallo munimentis* u. a. sagt.

c. 18, 2. *antesignani*] hier = Vortrab; sonst die vor den *signis* in der Schlacht kämpfenden.

qui primi agminis erant] „die Tête der Marschkolonne". c. 28, 9. *primi agminis erant perfugae.* Gegensatz: **33**, 9, 3. (*phalanx*) *novissimi agminis fuerat.*

advenientis ex itinere] = εὐθὺς ἐξ ἐφόδου; ohne eine Pause nach dem Marsche.

5. *plano campo in summo patentem*] „der auf seinem Gipfel sich in eine Ebene ausdehnte, oben flach war". Die Wendung *plano campo patere* dürfte sonst kaum vorkommen.

velut ripa praeceps] „gleichsam ein steiles Ufer". *velut* = gewissermafsen, ohne einen verglichenen Gegenstand: c. 17, 2. *velut fortuita inclinatio* c. 4, 6. *ab ispo velut fonte.*

oram — cingebat] *ora* = Streifen,

http://rcin.org.pl

erat et altera inferior summissa fastigio planities; eam quo-
que altera crepido haud faciliori ascensu ambibat. in hunc 7
inferiorem campum postero die Hasdrubal, postquam stantem
pro castris hostium aciem vidit, equites Numidas leviumque
armorum Baliaris et Afros demisit. Scipio, circumvectus or- 8
dines signaque, ostendebat hostem, praedamnata spe aequo
dimicandi campo captantem tumulos, loci fiducia, non virtutis
aut armorum stare in conspectu; sed altiora moenia habuisse
Carthaginem, quae transcendisset miles Romanus; nec tumulos, 9
nec arcem, ne mare quidem armis obstitisse suis. quid fore
altitudines, quas cepissent hostes, ut per praecipitia et prae-
rupta salientes fugerent; eam quoque se illis fugam clausurum.
cohortesque duas alteram tenere fauces vallis, per quam de- 10
ferretur amnis, iubet, alteram viam insidere, quae ab urbe per
tumuli obliqua in agros ferret. ipse expeditos, qui pridie
stationes hostium pepulerant, ad levem armaturam infimo stan-
tem supercilio ducit. per aspreta primum, nihil aliud quam 11
via impediti, iere. deinde, ut sub ictum venerunt, telo-
rum primo omnis generis vis ingens effusa in eos est, ipsi 12

Rand, in Prosa seltener als bei Dichtern; bei Liv. mehrfach mit Genitiv des Länder- oder Völkernamens. c. 40, 5. **23**, 5, 11 *ab ultimis terrarum oris.* **28**, 12, 10. *in ultimam Hispaniae oram.* **21**, 31, 9. *per extremam oram Vocontiorum agri.*

6. *summissa — fastigio*] = *quae summissum fastigium habebat. summittere se* c. 31, 6 = sich herablassen (geistig); sonst = (räumlich) sich abdachen; vgl. **24**, 34, 3 *summissa quaedam* = niedrig liegende Punkte.

ambibat] „umgab"; in räumlicher Hinsicht; vgl. c. 8, 17 *ambitu litorum.*

7. *leviumque armorum Balearis et Afros*] es sind Schleuderer und Speerschützen. *levium armorum* ist häufig nähere Bestimmung einer Truppe; namentlich *levium armorum auxilia.*

8. *praedamnata spe*] „im voraus verzichtend auf"; *praedamnare* ist von Liv. neu gebildet und findet sich auch bei ihm nur hier in dieser Bedeutung; in der 1. Dekade zweimal im eigentlichen Sinne: vorher verurteilen. **4**, 41, 11. **5**, 11, 12.

captantem tumulos] „sich klammernd an", eig. = haschend nach etwas, stets in tadelndem Sinne. **22**, 28, 2 *temeritatem captare* = auflauern, nachstellen.

9. *quid fore altitudines*] „was würden die Höhen sein", d. h. was würden sie zu sagen haben, was hindern.

10. *per tumuli obliqua*] „über die Abhänge des Hügels hin". Sowohl als Adjektiv, wie als substantiviertes Neutrum ist *obliquus, obliqua* in diesem Sinne nicht selten; also: *obliquo monte* = bergab; *per obliquum, in obliquum montis* u. a.

infimo stantem supercilio] zu *stare* mit dem Ablativ vgl. c. 17, 17. *castris tendebant.* — *supercilium* mit einer vom menschlichen Körper auf Orte übertragenen Metapher sagt Liv. auch *terga montis, dorsum collis* u. a.

11. *per aspreta*] mit der Endung *tum* oder *etum* bildet das Lateinische Kollektivnamen von Pflanzen: *fruticetum, quercetum, vinetum, dumetum*; vgl. Dornicht, Dickicht, Röhricht.

nihil aliud quam] mit Ellipse

http://rcin.org.pl

contra saxa, quae locus strata passim, omnia ferme missilia, praebet, ingerere, non milites solum sed etiam turba calonum
13 inmixta armatis. ceterum quamquam ascensus difficilis erat, et prope obruebantur telis saxisque, adsuetudine tamen succe-
14 dendi muros et pertinacia animi subierunt primi. qui simul cepere aliquid aequi loci, ubi firmo consisterent gradu, levem et concursatorem hostem atque intervallo tutum, cum procul missilibus pugna eluditur, instabilem eundem ad comminus conserendas manus, expulerunt loco, et cum caede magna in
15 aciem altiori superstantem tumulo inpegere. inde Scipio iussis adversus mediam evadere aciem victoribus ceteras copias cum Laelio dividit, atque eum parte dextra tumuli circumire, donec mollioris ascensus viam inveniret, iubet; ipse ab laeva
16 circumitu haud magno in transversos hostis incurrit. inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique
17 clamorem flectere cornua et obvertere ordines volunt. hoc tumultu et Laelius subiit, et, dum pedem referunt, ne ab tergo vulnerarentur, laxata prima acies locusque ad evadendum et
18 mediis datus est, qui per tam iniquum locum stantibus integris ordinibus elephantisque ante signa locatis numquam
19 evasissent. cum ab omni parte caedes fieret, Scipio, qui laevo cornu in dextrum incucurrerat, maxime in nuda latera
20 hostium pugnabat. et iam ne fugae quidem patebat locus: nam et stationes utrimque Romanae dextra laevaque insederant vias, et porta castrorum ducis principumque fuga clausa erat, addita trepidatione elephantorum, quos territos aeque

eines Verbums wird *nihil aliud quam* bei Liv. und Späteren = „nur" gebraucht.

12. *ingerere*] „schleudern"; regelmäfsig sagt Liv. *tela, saxa, probra, voces in aliquem ingerere*; nur einmal mit dem Dativ 41, 10, 6.

13. *adsuetudine*] vgl. c. 39, 7. *adsuetudine*. Cicero in den Reden vermeidet dies Wort; er hat auch *adsuesco* daselbst nur einmal und *adsuefacio* zweimal.

succedendi muros] „an Ersteigen von Mauern"; sie hatten es nämlich vor Neucarthago gelernt. Bei Liv. heifst: *succedere vallo* = unten an den Wall heranrücken; *succedere vallum*: = den Wall von unten hinanrücken.

14. *concursatorem hostem*] attributiver Gebrauch des Substantivs = „ein stets im Plänkelgefecht kämpfender Feind". Als solchen schildert noch Cäsar bell. civ. 1, 44 die Lusitanier; den Gegensatz bildet der *hostis statarius* und die *stabilis pugna* wie bei den Römern.

pugna eluditur] Ausdruck der Fechterschule; durch eine Wendung entschlüpfen, ausweichen; meist *aliquem eludere*: 22, 18, 3 *hostem — elusit*.

inpegere] „sie schleuderten ihn zurück", starker Ausdruck. 8, 6, 2 *inpactus imo ita est saxo, ut sopiretur*.

15. *mollioris ascensus*] *mollis* wie 21, 37, 3 *mollire* von Abhängen: sanft machen; bei Liv. nur hier.

17. *hoc tumultu*] „bei und infolge dieser Verwirrung"; freier Gebrauch des temporalen Ablativ. 31, 28, 6 *adventu Romanorum fidem mutare* u. a.

20. *aeque atque*] das uns häfs-

http://rcin.org.pl

atque hostis timebant. caesa igitur ad octo milia hominum.

Hasdrubal iam antequam dimicaret pecunia rapta ele- 19
phantisque praemissis, quam plurumos poterat de fuga excipiens praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit. Scipio 2
castris hostium potitus, cum praeter libera capita omnem praedam militibus concessisset, in recensendis captivis decem milia peditum, duo milia equitum invenit. ex iis Hispanos sine pretio omnes domum dimisit, Afros vendere quaestorem iussit. circumfusa inde multitudo Hispanorum et ante dedito- 3
rum et pridie captorum regem eum ingenti consensu appellavit. tum Scipio silentio per praeconem facto sibi maximum 4
nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent; regium nomen, alibi magnum, Romae intolerabile esse. 5
regalem animum in se esse; si id in hominis ingenio amplissimum ducerent, taciti iudicarent, vocis usurpatione abstinerent. sensere etiam barbari magnitudinem animi, cuius 6
miraculo nominis alii mortales stuperent, id ex tam alto fastigio aspernantis.

Dona inde regulis principibusque Hispanorum divisa, et 7
ex magna copia captorum equorum trecentos, quos vellet, eligere Indibilem iussit. cum Afros venderet iussu imperatoris 8
quaestor, puerum adultum inter eos forma insigni cum audisset regii generis esse, ad Scipionem misit. quem cum percunc- 9

lich klingende *aeque atque* vermeidet selbst Cicero nicht. Philipp. II, 37, 94 *aeque atque huic ordini.*

c. **19**, 1. *in recensendis captivis*] der Ablativ mit der Präposition ist auffallend, da ein Grund zur Vermeidung des einfachen *recensens* nicht zu finden ist.

3. *regem — appellavit*] „rief ihn zum König aus". Die Sitte römischer Soldaten, nach gewonnener Schlacht den Anführer als *„imperator"* zu begrüfsen (*appellare*), ist mit Veränderung des Titels nachgeahmt.

5. *regalem animum*] „eines Königs würdiger Sinn"; dagegen *regius* =„einem König gehörig"; ein Unterschied, den Liv. jedoch nicht fest hält. **29**, 31, 12 *vix regium videbatur.* **1**, 47, 4 *regale solium.*

in — ingenio amplissimum] „an — einem Geiste für besonders anerkennenswert"; **30**, 17, 11 *id sibi amplum apud populares futurum esse* „werde ihm Anerkennung verschaffen".

taciti iudicarent] „das unausgesprochene Urteil fällen"; Liv. liebt ähnliche Verbindungen, wie: *tacita confessio, divinatio, cogitatio, suspicio, maestitia; tacitus metus, tacitae ambages, tacitum gaudium* u. a. = unausgesprochenes Geständnis u. s. f.

6. *cuius miraculo — stuperent*] „ein Titel, über dessen Erhabenheit andere staunten"; *miraculum*: das Wunderbare, stets mit abhängigen Genitiven verbunden: wie *rei, rei novae.*

ex tam alto fastigio] „der von einem so erhabenen Standpunkte aus eine Krone verschmähte". *fastigium* eig.: Giebel, ist bei Liv. oft = hoher Standpunkt; daher stets *altum, tantum fastigium* (bei Cicero nicht).

http://rcin.org.pl

taretur Scipio, quis et cuias et cur id aetatis in castris fuisset, Numidam esse se ait, Massivam populares vocare; orbum a patre relictum, apud maternum avum Galam, regem Numidarum, educatum, cum avunculo Masinissa, qui nuper cum equitatu subsidio Carthaginiensibus venisset, in Hispaniam traie-
10 cisse. prohibitum propter aetatem a Masinissa numquam ante proelium inisse; eo die, quo pugnatum cum Romanis esset, inscio avunculo, clam armis equoque sumpto in aciem exisse;
11 ibi prolapso equo effusum in praeceps captum ab Romanis esse. Scipio cum adservari Numidam iussisset, quae pro tribunali agenda erant, peragit; inde cum se in praetorium recepisset, vocatum eum interrogat, velletne ad Masinissam re-
12 verti. cum effusis gaudio lacrimis cupere vero diceret, tum puero anulum aureum, tunicam lato clavo cum Hispano sagulo et aurea fibula equumque ornatum donat, iussisque prosequi, quoad vellet, equitibus dimisit.

20 De bello inde consilium habitum. et auctoribus quibus-
2 dam, ut confestim Hasdrubalem consequeretur, anceps id ratus, ne Mago atque alter Hasdrubal cum eo iungerent copias, praesidio tantum ab insidendum Pyrenaeum misso ipse reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis absumpsit.
3 paucis post proelium factum ad Baeculam diebus, cum Scipio rediens iam Tarraconem saltu Castulonensi excessisset, Hasdrubal, Gisgonis filius et Mago imperatores ex ulteriore Hi-

9. *cuias*] „aus welchem Lande er wäre"; von dem Fragepronomen mit der für Gentilia gebräuchlichen Ableitungssilbe *as* gebildet, wie *nostras, vestras* u. a. (nachklassisch). Dazu ist aus *fuisset* hier *esset* zu ergänzen; vgl. **23**, 34, 5 *qui et unde et quo tenderent cursum.*

id aetatis] = adverbiell gebrauchter Accusativ: „in solchem (jungen) Alter". **10**, 24, 6 *quid se — id aetatis sollicitassent* (der Umgangssprache entlehnt).

Massivam populares vocare] der naiven Ausdrucksweise des Volkes entspricht es, den eigenen Namen als von anderen gegeben zu bezeichnen: **2**, 12, 9. *Romanus sum, inquit, civis; C. Mucium vocant.*

11. *effusum in praeceps*] *effundo*, auch *deicio* und *excutio* = abwerfen, von Pferden und anderen Reittieren. c. 32, 5 *cum — super caput regem effudisset.*

adservari] „in Gewahrsam halten", ohne Nebenbegriff der Härte oder Strafe. c. 47, 9 *duces parum intente adservati.*

12. *cupere vero*] *vero* ist aus der direkten Rede beibehalten; **28**, 9, 8 *se vero ea — decernere.* **3**, 43, 6. *profecto ab suis interfectum memorantes.*

anulum] = die Abzeichen eines Senators. vgl. c. 4, 8. *sagulum* und *fibula* werden mehrfach verschenkt an Ritter; **39**, 31, 18 *praetor suos equites catellis ac fibulis donavit.*

equum ornatum] geschmückt mit *phaleris*, wie die Pferde vornehmer Römer.

c. **20**, 1. *consequeretur*] „nachsetzen"; gewöhnlich = verstärktes *sequi;* oder wie **1**, 48, 4. *fugientem consequi* = einholen.

anceps id ratus] „er hielt es für bedenklich". Von dem hierin enthaltenen Begriff der Besorgnis hängt *ne* ab. Die Bemerkung ist ein schwacher Versuch, den grofsen Fehler, dafs Scipio den Hasdrubal nach Italien durchkommen liefs, zu entschuldigen.

http://rcin.org.pl

spania ad Hasdrubalem venere, serum post male gestam rem auxilium, consilio in cetera exequenda belli haud parum opportuni. ibi conferentibus, quid in cuiusque provinciae regione 4 animorum Hispanis esset, unus Hasdrubal Gisgonis ultimam Hispaniae oram, quae ad Oceanum et Gadis vergit, ignaram adhuc Romanorum esse, eoque Carthaginiensibus satis fidam censebat; inter Hasdrubalem alterum et Magonem constabat 5 beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice privatimque esse, nec transitionibus finem ante fore, quam omnes Hispani milites aut in ultima Hispaniae amoti aut traducti in Galliam forent. itaque, etiam si senatus Carthaginiensium 6 non censuisset, eundum tamen Hasdrubali fuisse in Italiam, ubi belli caput rerumque summa esset, simul ut Hispanos omnis procul ab nomine Scipionis ex Hispania abduceret: exercitum 7 eius cum transitionibus tum adverso proelio imminutum Hispanis repleri militibus, et Magonem Hasdrubali Gisgonis filio tradito exercitu ipsum cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia in Baliaris traicere; Hasdrubalem Gisgonis cum 8 exercitu penitus in Lusitaniam abire nec cum Romano manus conserere; Masinissae ex omni equitatu, quod roboris esset, tria milia equitum expleri, eumque vagum per citeriorem Hispaniam sociis opem ferre, hostium oppida atque agros populari. his decretis ad exequenda, quae statuerant duces digressi. haec eo anno in Hispania acta.

Romae fama Scipionis in dies crescere, Fabio Tarentum 9 captum astu magis quam virtute gloriae tamen esse, Fulvi

3. *consilio — opportuni*] „rechtzeitig für eine Beratung". *auxilio — consilio* sind asyndetische Gegensätze in chiastischer Stellung.

in cetera exequenda belli] „betreffs der ferneren Führung des Krieges". *consilio in cetera* ist konstruiert wie c. 6, 8 *exempla in rem*. — Das Neutrum *in cetera* ist durch *belli* näher bestimmt wie **30**, 2, 6 *ad incerta belli*. **25**, 15, 20. *ad subita belli*.

haud parum] Litotes = „sehr wohl". findet sich bei Liv. nur 4mal, *non parum* (das Cicero hat) gar nicht.

4. *in cuiusque provinciae regione*] „in der Gegend ihrer Amtsbezirke", *provincia* in ursprünglichem Sinne, ohne räumliche Nebenbedeutung. vgl. c. 35, 10 *provinciae — permixtae regionibus*.

adhuc] „noch"; ist in indirekter Rede beibehalten; Liv. wendet *adhuc* oft von der Vergangenheit an. c. 40, 8. *plenum adhuc irae*.

eoque] „und daher"; erst seit der augusteischen Sprachperiode = *ideoque*.

7. *repleri — traicere*] diese und die folgenden Infinitive hängen von einem zu ergänzenden Verbum des Beschliefsens ab, dessen Stellung bei *itaque* § 6 sein müfste.

8. *Masinissae — expleri*] „es solle ihm die volle Zahl von 3000 gegeben werden"; *explere* = *numerum explere* = eine Zahl voll machen; dagegen § 7. *replere* = Lücken ergänzen.

c. 20, 9—21. Anklage des Marcellus, Wahlen und Verhandlungen in Rom.

9 *astu magis quam virtute*] *astu* bei Liv. nur im Ablativ. **42**, 47, 5 *astu magis, quam vera virtute*.

http://rcin.org.pl

10 senescere fama, Marcellus etiam adverso rumore esse, superquam quod primo male pugnaverat, quia vagante per Italiam Hannibale media aestate Venusiam in tecta milites abduxisset. 11 inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus plebis. is iam a prima pugna, quae adversa fuerat, adsiduis contionibus infamem invisumque plebei Claudium fecerat, et iam de imperio 12 abrogando eius agebat, cum tamen necessarii Claudi obtinuerunt, ut relicto Venusiae legato Marcellus Romam veniret ad purganda ea, quae inimici obicerent, nec de imperio eius 13 abrogando absente ipso ageretur. forte sub idem tempus et Marcellus ad deprecandam ignominiam et Q. Fulvius consul 21 comitiorum causa Romam venit. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est ingenti concursu plebisque et omnium 2 ordinum; accusavitque tribunus plebis non Marcellum modo sed omnen nobilitatem: fraude eorum et cunctatione fieri, ut Hannibal decimum iam annum Italiam provinciam habeat, 3 diutius ibi quam Carthagine vixerit. habere fructum imperi prorogati Marcello populum Romanum: bis caesum exercitum 4 eius aestiva Venusiae sub tectis agere. hanc tribuni orationem ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum, ut non

senescere fama] deutsch mit anderer Metapher: „seine Lorbeeren welkten"; *senescere* verbindet Liv. gern mit Abstrakten: *pugna, consilia, bellum*; von Menschen häufiger *consenescere*.

adverso rumore esse] *adversus* und *secundus* werden auf alles, was hinderlich oder förderlich ist, übertragen. **44**, 22, 10. *contra adversum rumorem*; Gegensatz: *secunda sua fama (rem gerere)*. c. 10, 13.

10. *superquam quod*] findet sich allein bei Liv. und bei ihm nur noch **22**, 3, 14; häufiger *praeterquam quod*; beides = aufserdem, dafs. Auch *extraquam, ultraquam, contraquam, insuperquam* finden sich bei Liv.

11. *de imperio abrogando eius*] man erwartet *ei abrogando*; vgl. jedoch § 12 u. c. 21, 14. *de imperio eius abrogando*. — Eine Absetzung auf Volksbeschlufs *(abrogatio)* wird sehr selten ausgeführt, da es Staatsgrundsatz war, dafs jeder Beamte nur freiwillig abtreten dürfe *(abdicatio imperii)*.

12. *cum tamen — obtinuerunt*] das dem Hauptsatz nachgestellte *cum tamen* führt einen gleichzeitig stattfindenden Gegensatz mit Nachdruck ein: = „dennoch aber"; stets mit Indikativ.

ad purganda ea] der Gegenstand, wegen dessen man sich rechtfertigt, steht bei *purgare* wie *deprecari* oft im Accusativ. **38**, 48, 13 *suscepti belli purgatum est crimen*.

c **21**, 1. *in circo Flaminio*] eine Wiese an dem Tiber, *prata Flaminia*, wird schon 449 als Ort der Volksversammlung genannt; später wurde dort der *circus Flaminius* von dem am trasimenischen See gefallenen Konsul Fl. erbaut.

2. *provinciam habeat*] das lange Verweilen H's in Italien heifst **30**, 20, 9 *diutina possessio* und wird mehrfach mit Gleichnissen aus dem Eigentumsrecht bezeichnet: **22**, 44, 6 *velut usu cepisset Italiam*.

3. *habere fructum*] in direkter Rede bildete dies offenbar den Redeschlufs *(peroratio)* des Tribunen, den man gern mit *habes, habetis* einführt. **23**, 10, 7 *habetis libertatem, Campani, quam petistis*.

4. *ita — obruit*] eig. er deckte zu = widerlegte. *obrui* ist selten

http://rcin.org.pl

rogatio solum de imperio eius abrogando antiquaretur, sed postero die consulem eum ingenti consensu centuriae omnes crearent. additur conlega T. Quinctius Crispinus, qui tum praetor erat. postero die praetores creati P. Licinius Crassus Dives, pontifex maximus, P. Licinius Varus, Sex. Iulius Caesar, Q. Claudius Flamen. 5

Comitiorum ipsorum diebus sollicita civitas de Etruriae 6
defectione fuit. principium eius rei ab Arretinis fieri C. Calpurnius scripserat, qui eam provinciam pro praetore obtinebat. itaque confestim eo missus Marcellus consul designatus, qui 7
rem inspiceret, ac, si digna videretur, exercitu accito bellum ex Apulia in Etruriam transferret. eo metu conpressi Etrusci quieverunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum liber- 8
tate ac legibus suis responsum ab senatu est, ut redirent, cum Fabius consul Romam venisset. — Ludi et Romani et plebei 9
eo anno in singulos dies instaurati. aediles curules fuere L. Cornelius Caudinus et Ser. Sulpicius Galba, plebei C. Servilius et Q. Caecilius Metellus. Servilium negabant iure aut 10
tribunum plebis fuisse aut aedilem esse, quod patrem eius, quem triumvirum agrarium occisum a Boiis circa Mutinam esse opinio per decem annos fuerat, vivere atque in hostium potestate esse satis constabat.

Undecimo anno Punici belli consulatum inierunt M. Mar- 22
cellus quintum — ut numeretur consulatus, quem vitio creatus

in eigentlichem Sinne wie: *obrui nube;* meist übertragen: *sceleribus, foenore* = erdrückt werden von.

6. *principium — fieri*] der Inf. Präs. steht, weil der Anfang im Werden und noch kein eigentlicher Aufstand da ist.

7. *qui rem inspiceret*] neben *ad res inspiciendas* gewöhnliche Wendung für Einsetzung von Revisionskommissionen; ferner **29**, 12, 5 *ad visendas res*, **42**, 5, 8. *ad res adspiciendas.*

digna] erg. *exercitu acciendo.* Das Adjektiv relativ *dignus* ohne Objekt hat sonst das Substantiv *causa* bei sich: **21**, 6, 4. *quibus si videretur digna causa.*

8. *cum libertate ac legibus suis*] unter Garantie ihrer politischen und civilen Autonomie; gewöhnliche Bestimmung bei *foederibus aequis*: **30**, 37, 2 *ut liberi legibus suis viverent.*

9. *ludi et Romani et plebei*] zu *Romani* c. 6, 19. Die *ludi plebei* wurden von den plebeischen Ädilen auf Kosten des Staates gegeben.

in singulos dies] „auf je einen Tag", bezieht sich auf beide Gattungen von Spielen.

10. *triumvirum agrarium*] er war Mitglied einer Kommission für Landverteilung an römische Kolonisten gewesen. **21**, 25, 3.

negabant — iure fuisse] auch **30**, 19, 9 sagt Liv.: *latum ad populum est, ne C. Servilio fraudi esset, quod patre, qui sella curuli sedisset, vivo, cum id ignoraret, tribunus plebis atque aedilis plebis fuisset, contraquam sanctum legibus erat.* Von dieser Rücksicht ist sonst nichts bekannt.

c 22. Vorbereitungen für das neue Kriegsjahr. Provinzen- und Heeresverteilung.

1. *ut numeretur*] „gesetzt, dafs man mitrechnet". Marcellus war im Jahre 215 gewählt, aber wegen eines Donners bei Amtsantritt mufste er zurücktreten. **23**, 31, 13.

http://rcin.org.pl

2 non gessit — et T. Quinctius Crispinus. utrisque consulibus Italia decreta provincia est et duo consulum prioris anni exercitus — tertius Venusiae tum erat, cui Marcellus praefuerat — ita ut ex tribus eligerent duo, quos vellent, tertius ei tra-
3 deretur, cui Tarentum et Sallentini provincia evenisset. ceterae provinciae ita divisae: praetoribus P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso, pontifici maximo, peregrina et quo senatus censuisset, Sex. Iulio Caesari Sicilia, Q. Claudio Flamini Taren-
4 tum. prorogatum in annum imperium est Q. Fulvio Flacco, ut provinciam Capuam, quae T. Quincti praetoris fuerat, cum
5 una legione obtineret. prorogatum et C. Hostilio Tubulo est, ut pro praetore in Etruriam ad duas legiones succederet C. Calpurnio. prorogatum et L. Veturio Philoni est, ut pro praetore Galliam eandem provinciam cum isdem duabus legio-
6 nibus obtineret, quibus praetor obtinuisset. quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab senatu latumque de prorogando imperio ad populum est, qui praetor Sardiniam provinciam cum duabus legionibus obtinuerat. additae ei ad praesidium provinciae quinquaginta longae naves, quas P. Scipio
7 ex Hispania misisset. et P. Scipioni et M. Silano suae Hispaniae suique exercitus in annum decreti; Scipio ex octoginta navibus, quas aut secum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat, quinquaginta in Sardiniam tramittere iussus,
8 quia fama erat magnum navalem apparatum eo anno Carthagine esse, ducentis navibus omnem oram Italiae Siciliaeque
9 ac Sardiniae inpleturos. et in Sicilia ita divisa res est: Sex. Caesari exercitus Cannensis datus est; M. Valerius Laevinus — ei quoque enim prorogatum imperium est — classem, quae

2. *utrisque consulibus*] schon Cäsar hat bisweilen und Liv. oft den Plural von *uterque* gesetzt, auch wenn auf beiden Seiten nur ein Nomen im Singular sich befindet: *utraque cornua, utraeque manus, utrique censores.*

3. *peregrina et quo senatus censuisset*] der Prätor steht zur Disposition des Senates. c. 7, 8.

4. *prorogatum in annum imperium est*] beachte in den folgenden §§. die regelmäfsige Wiederkehr dieser Wortfolge in der offiziellen Formel; ebenso regelmäfsig folgt der erhaltene Auftrag mit *ut*.

5. *in Etruriam ad — legiones*] bei *succedere* steht der Ort, nach welchem hin der Nachfolger sich begiebt mit *in* c. acc.; wie c. 7, 9. *in Etruriam succederet*; *ad* fügt eine zweite speziellere Ortsbestimmung bei.

cum isdem — quibus] bei dem an eine Präpositionalverbindung sich anschliefsenden Relativ wird die Präposition meist nicht wiederholt. 22, 9, 10 *in eodem, quo ante — statu.*

7. *suae Hispaniae*] *suae* weil die Provinz nach langer Verwaltung gleichsam zu ihnen gehört. vgl. 28, 42, 2. *Hispaniae tuae.*

8. *Siciliaeque ac Sardiniae*] vgl. *Galliam Siciliamque ac Sardiniam* 24, 11, 2. u. sonst. Diese Verbindung hat zuerst Vergil, in Prosa zuerst Liv.

9. *datus est — obtineret — traiceret*] aus der Erzählung geht

http://rcin.org.pl

ad Siciliam erat, navium septuaginta obtineret; adderet eo triginta naves, quae ad Tarentum priore anno fuerant; cum ea centum navium classe, si videretur ei, praedatum in Africam traiceret. et P. Sulpicio, ut eadem classe Macedoniam Graeciamque provinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. de duabus, quae ad urbem Romam fuerant, legionibus nihil mutatum. supplementum, quo opus esset, ut scriberent consulibus permissum. una et viginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. et P. Licinio Varo praetori urbano negotium datum, ut navis longas triginta veteres reficeret, quae Ostiae erant, et viginti novas navis sociis navalibus conpleret, ut quinquaginta navium classe oram maris vicinam urbi Romanae tueri posset. C. Calpurnius vetitus ab Arretio movere exercitum, nisi cum successor venisset; idem et Tubulo imperatum, ut inde praecipue caveret, ne qua nova consilia orerentur.

Praetores in provincias profecti; consules religio tenebat, quod prodigiis aliquot nuntiatis non facile litabant. et ex Campania nuntiata erant, Capuae duas aedis, Fortunae et Martis, et sepulcra aliquot de caelo tacta, Cumis — adeo minimis etiam rebus prava religio inserit deos — mures in aede Iovis aurum rosisse, Casini examen apium ingens in foro consedisse, et Ostiae murum portamque de caelo tactam, Caere vulturium volasse in aedem Iovis, Vulsiniis sanguine lacum manasse. horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. per dies aliquot hostiae maiores sine litatione caesae,

Liv. in die Form des Befehles über; bei Wiedergabe von Beschlüssen nicht selten.

12. *conpleret*] von Einschiffung der Soldaten und Bemannung sagt Liv. stets *conplere*. **22**, 11, 7 *navibus — conpletis milite ac navalibus sociis.*

13. *ne qua nova consilia orerentur*] von gefahrdrohenden Plänen und Unternehmungen ist stehend: *fraus, motus, tumultus, iniuria oritur.* **22**, 43, 2. *nova consilia — oriebantur.*

c. 23. Prodigien. Apollinische Spiele.

1. *non facile litabant*] wie καλλιερεῖν = günstige Opferzeichen erlangen. c. 23, 4. *hostiae — sine litatione caesae.* Ebenso *perlitatum est.* **36**, 1, 3. **9**, 14, 4. *litatum est — egregie.* **8**, 9, 1.

2. *et ex Campania*] *et* = „und zwar"; eine zweite Gruppe folgt §. 3 *et Ostiae.*

prava religio inserit deos] „der Aberglaube findet Gottes Finger in den geringsten Kleinigkeiten." *inserere* in übertragenem Sinne stets mit dem Dativ.

aurum rosisse] vgl. **30**, 2, 9. *aurum in Capitolio corvi non lacerasse tantum rostris crediti, sed etiam edisse; mures Antii coronam auream adrosere.*

3. *examen apium*] das Erscheinen von Bienenschwärmen oder Wespen **35**, 9, 4. galt als *prodigium.*

4. *prodigiorum causa*] mit feststehender Wendung sagt Liv. *prodigiorum causa supplicatio fuit, res divinae factae, libri aditi*; daneben *ob* oder *propter id prodigium supplicatio fuit* u. s. w.

http://rcin.org.pl

diuque non impetrata pax deum. in capita consulum re publica incolumi exitiabilis prodigiorum eventus vertit.

5 Ludi Apollinares Q. Fulvio Ap. Claudio consulibus a P. Cornelio Sulla praetore urbano primum facti erant; inde omnes deinceps praetores urbani fecerant; sed in unum annum 6 vovebant dieque incerta faciebant. eo anno pestilentia gravis incidit in urbem agrosque, quae tamen magis in longos mor- 7 bos quam in perniciabilis evasit. eius pestilentiae causa et supplicatum per compita tota urbe est, et P. Licinius Varus praetor urbanus legem ferre ad populum iussus, ut ii ludi in perpetuum in statam diem voveruntur. ipse primus ita vovit, fecitque ante diem tertium idus Quintilis. is dies deinde sollemnis servatus.

24 De Arretinis et fama in dies gravior et cura crescere patribus. itaque C. Hostilio scriptum est, ne differret obsides ab Arretinis accipere, et, cui traderet Romam deducendos, 2 C. Terentius Varro cum imperio missus. qui ut venit, extemplo Hostilius legionem unam, quae ante urbem castra habebat, signa in urbem ferre iussit, praesidiaque locis idoneis disposuit; tum in forum citatis senatoribus obsides imperavit. 3 cum senatus biduum ad considerandum peteret, aut ipsos ex-

diuque non impetrata pax deum] von der Bitte um göttliche Gnade sagt Liv.: *pacem deum exposcere*; von der Erlangung: *pacem deum impetrare*, seltener *invenire*.

in capita consulum — vertit] „er wandte sich gegen das Haupt, kam auf das H.“ Der Ausdruck ist entlehnt von der für Bezeichnung der Todesstrafe gebräuchlichen Wendung: **45**, 10, 11 (*omnia*) *in caput noxiorum versura*.

5. *ludi Apollinares*] vgl. c. 11, 6.

6. *longos morbos*] langwierige, chronische Krankheiten; Gegensatz: *breves acutique*.

perniciabilis] „verheerende Seuchen“; das Adjektiv ist wie §. 4 *exitiabilis* gebildet und scheint sich vor Liv. nicht zu finden.

evasit in] „nahm den Ausgang zu, schlug aus in“. vgl. **2**, 42, 11. *eo evasere*.

7. *in statam diem*] ist altertümlicher Ausdruck der Gerichts- und Geschäftssprache, nur erhalten in *statum tempus*, *statum ludicrum*, *status locus*.

vovit fecitque] vgl. c. 11, 6 *voti factique, voveret faceretque*.

deinde sollemnis servatus] „er wurde in der Folge als Feiertag beibehalten“. Zum Gebrauche von *deinde* **1**, 35, 9. *sollemnes deinde annui mansere ludi* u. c. 13, 8.

c. 24. Gährung in Etrurien.

1. *fama — gravior*] „das Gerücht wurde bedrückender, bedenklicher“; **28**, 24, 1. *gravi morbo implicitus, graviore tamen fama*. Aus *crescere* ist *esse* zu entnehmen.

ne differret — accipere] „er solle sich ohne Aufschub geben lassen“; *differre* bei Liv. stets temporal, regiert den Infinitiv, was vor Liv. nur dichterisch ist; dagegen hat er *non differo* mit *quin* verbunden.

2. *signa in urbem ferre*] „in die Stadt einrücken“. *signa ferre* = sich in Marsch setzen, hat oft eine Ortsbestimmung bei sich: *ad urbem* u. a.

3. *biduum ad considerandum*] „zwei Tage Bedenkzeit.“ *biduum, triduum* und *quadriduum* sind ganz Substantiva geworden, daher mit Attribut: **30**, 8, 4. *per insequens biduum*.

aut dare — aut se sumpturum

http://rcin.org.pl

templo dare aut se postero die senatorum omnis liberos sumpturum edixit. inde portas custodire iussit tribunos militum praefectosque socium et centuriones, ne quis nocte urbe exiret. id segnius neglegentiusque factum: septem principes senatus, priusquam custodiae in portis locarentur, ante noctem cum liberis evaserunt. postero die luce prima, cum senatus in forum citari coeptus esset, desiderati, bonaque eorum venierunt. a ceteris senatoribus centum viginti obsides, liberi ipsorum, accepti traditique C. Terentio Romam deducendi. is omnia suspectiora, quam ante fuerant, in senatu fecit. itaque tamquam imminente Etrusco tumultu legionem unam, alteram ex urbanis, Arretium ducere iussus ipse C. Terentius, eamque habere in praesidio urbis; C. Hostilium cum cetero exercitu placuit totam provinciam peragrare et cavere, ne qua occasio novare cupientibus res daretur. C. Terentius ut Arretium cum legione venit, claves portarum cum magistratus poposcisset, negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus quam neglegentia intercidisse, ipse alias clavis omnibus portis imposuit, cavitque cum cura, ut omnia in potestate sua essent; Hostilium intentius monuit, ut in eo spem non moturos quicquam Etruscos poneret, si, ne quid movere possent praecavisset.

De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio, defendente ipso quos ceperat armis, aliis infensis

edixit] die Konstruktion ist ungewöhnlich. Da *edixit* zum 1. Satzgliede in der Bedeutung „befehlen", zum 2. in der „bekannt machen" gedacht wird, so müfste statt *dare* — *ut darent* stehen. Zu *dare* schwebte dem Liv. wohl *iussit* vor.

5. *citari coeptus*] mit passiven Infinitiven verbindet Liv. fast ausnahmslos das Passiv *coeptus sum*; ebenso Cicero und Cäsar.

suspectiora — fecit] *suspectus* häufig von Dingen, von denen eine Gefahr zu drohen scheint: *mare suspectum*, *locus suspectus* u. a.

6. *unam, alteram ex urbanis*] eine, und zwar die zweite (von den c. 22, 10 erwähnten) städtischen Legionen.

in praesidio habere] „in Besatzung legen"; vgl. *in tectis habere excercitum*, *in armis, in vinculis habere aliquem*.

8. *fraude amotas*] „sie seien listig beseitigt". c. 20, 5 *in ultima Hispaniae amoti*: „auf die Seite gebracht".

neglegentia intercidisse] „aus Unordnung verloren"; *intercidere:* eig. „zu Falle vor dem erreichten Ziele kommen", dann: „zu nichte werden": 2, 4, 7. *literarum — habita cura, ne intercideret.* In eigentlichem Sinne: 21, 8, 9. *nullo — vano intercidente telo.*

clavis — portis imposuit] „er liefs zu den Thüren Schlüssel fertigen"; unserer Anschauung ebenso fremd wie *portam (muro) imponere* 34, 9, 5.

9. *intentius*] „noch eindringlicher", nämlich als §. 7 mit *cavere* der Senat. *intentus* steht häufig bei Begriffen des Wachens über etwas: c. 28, 8 *custodias — intentius instruunt.* c. 47, 9. (*duces*) *parum intente adservati.* 25, 23, 13 *intentius custodiebatur*; *intentissima cura* u. a.

praecavere] das Kompositum ist gewählt, um den Begriff des *cavere* §. 7 noch zu steigern.

c. 25, 1—10. Ordnung der tarentinischen Verhältnisse. Tempelweihe des Marcellus.

http://rcin.org.pl

et plerisque aequantibus eos Campanorum noxae poenaeque.
2 senatus consultum in sententiam M'. Acili factum est, ut oppidum praesidio custodiretur, Tarentinique omnes intra moenia continerentur, res integra postea referretur, cum tranquillior
3 status Italiae esset. et de M. Livio praefecto arcis Tarentinae haud minore certamine actum est, aliis senatus consulto notantibus praefectum, quod eius socordia Tarentum proditum
4 hosti esset, aliis praemia decernentibus, quod per quinquennium arcem tutatus esset, maximeque unius eius opera recep-
5 tum Tarentum foret, mediis ad censores, non ad senatum notionem de eo pertinere dicentibus. cuius sententiae et Fabius fuit; adiecit tamen fateri se opera Livi Tarentum receptum, quod amici eius vulgo in senatu iactassent: neque enim recipiundum fuisse, nisi amissum foret.
6 Consulum alter T. Quinctius Crispinus ad exercitum, quem Q. Fulvius Flaccus habuerat, cum supplemento in Lucanos est
7 profectus. Marcellum aliae atque aliae obiectae animo religiones tenebant, in quibus, quod, cum bello Gallico ad Clastidium aedem Honori et Virtuti vovisset, dedicatio eius a pon-
8 tificibus impediebatur, quod negabant unam cellam duobus diis recte dedicari, quia, si de caelo tacta aut prodigii aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret, quod utri deo

1. *aequantibus eos*] verkürzte Vergleichung. c. 1, 3. 9, 10, 3. (*Postumium*) — *aliis claris facinoribus aequabant.*

2. *in sententiam*] „gemäfs dem Antrage". Man sagt: *senatusconsultum facere in sententiam, in sententiam dicere, respondere*, indem der zu fassende Beschlufs als das Ziel der Abstimmung, Rede, Antwort erscheint.

intra moenia continerentur] die Internierung der ganzen Bürgerschaft, als politischer Gefangener, wird auch über Capua verhängt. 26, 27, 12.

3. *notantibus — decernentibus*] sind Participia des Konats; ebenso §. 1. *aequantibus.*

quod eius socordia] nach Polybius soll M. Livius Macatus während der Einnahme Tarents betrunken gewesen sein.

4. *decernentibus*] auch von der Abstimmung einzelner ist *decernere* = *decerni velle* häufig. 21, 10, 13 sagt ein Redner *tertiam legationem — decerno* = ich stimme für.

5. *mediis*] „die Mittelpartei"; *medius* in persönlicher Bedeutung = unparteiisch oder neutral. 2, 27, 3 *medium se gerere* u. o.

notionem de eo] „die Entscheidung hinsichtlich seiner"; diesen Ausdruck der Rechtsgelehrten wendet Liv. nur hier an.

neque enim recipiundum fuisse] ein oft wiederholtes Scherzwort: Cic. Cato M. 4, 11. *Certe, inquit ridens (Fabius); nam nisi tu amisisses, nunquam recepissem.*

7. *obiectae animo*] „stiegen vor seiner Seele auf"; bezeichnender sinnbildlicher Ausdruck. 25, 12, 2. *religio — nova obiecta est.* 21, 33, 3. *obiecta res oculis animisque* u. a.

ad Clastidium] gemeint ist die Besiegung der Insubrer in Oberitalien (225), bei welcher Marcellus durch Tötung des feindlichen Führers Viridomarus *spolia opima* erbeutete.

7—8. *quod — quod — quia — quod*] das erste *quod* ist explikativ; die übrigen Konjunktionen sind kausal.

http://rcin.org.pl

res divina fieret, sciri non posset: neque enim duobus nisi 9
certis deis rite una hostia fieri. ita addita Virtutis aedes ad-
properato opere; neque tamen ab ipso aedes eae dedicatae sunt.
tum demum ad exercitum, quem priore anno Venusiae reli- 10
querat, cum supplemento proficiscitur.

Locros in Bruttiis Crispinus oppugnare conatus, quia 11
magnam famam attulisse Fabio Tarentum rebatur, omne genus
tormentorum machinarumque ex Sicilia arcessierat; et naves
indidem accitae erant, quae vergentem ad mare partem urbis
oppugnarent. ea omissa oppugnatio est, quia Lacinium Han- 12
nibal admoverat copias, et conlegam eduxisse iam a Venusia
exercitum fama erat, cui coniungi volebat. itaque in Apuliam 13
ex Bruttiis reditum, et inter Venusiam Bantiamque minus
trium milium passuum intervallo consules binis castris conse-
derunt. in eandem regionem et Hannibal redit averso ab 14
Locris bello. ibi consules ambo ingenio feroces prope cotidie
in aciem exire haud dubia spe, si duobus exercitibus consula-
ribus iunctis commisisset sese hostis, debellari posse.

Hannibal quia cum Marcello bis priore anno congressus 26
vicerat victusque erat, ut, cum eodem si dimicandum foret,
nec spem nec metum ex vano habebat, ita duobus consulibus
haud quaquam sese parem futurum credebat. itaque totus in 2
suas artis versus insidiis locum quaerebat. levia tamen proe- 3
lia inter bina castra vario eventu fiebant; quibus cum extrahi
aestatem posse consules cederent, nihilo minus oppugnari

9. *certis deis*] = „ursprünglichen"; *certi dii* sind *dii ab initio certi et sempiterni* = die von vornherein und immer als Götter gegolten haben; *dii incerti* sind solche, die erst durch Konsekration geworden sind. Eine dritte Klasse bilden die personificierten Virtutes, wie hier Honos und Virtus.

rite una hostia fieri] erg. *rem divinam*. Die Ellipse ist nicht selten 22, 10, 3. *Jovi fieri* = *sacrificari*.

adproperato opere] „mit Beschleunigung der Bauarbeit". 4, 9, 13. *opus adeo adproperatum est*.

c. 25, 11—27. Tod des Marcellus und tötliche Verwundung des Crispinus.

11. *oppugnare conatus*] häufiger *oppugnare adortus*. 43, 21, 4. *castellum adortus oppugnare*.

vergentem ad] = „in der Richtung nach gelegen"; vgl. c. 26, 7. *pars eius, quae vergeret ad hostium castra*. c. 42, 10. *quae pars castrorum ad hostis vergebat*.

12. *Lacinium*] süditalisches Vorgebirge, berühmt durch einen Tempel der Juno. Das Heiligtum ist wie ein Städtename konstruiert.

14. *si — commisisset sese*] wenn er sich preisgegeben, d. h. einen Kampf gewagt hätte; Liv. sagt sonst: *rem committere in discrimen, in certamen*; doch auch 3, 42, 4. *se aequo certamine committentes*.

c. 26, 1. *ex vano habebat*] „er brauchte nicht aus der Luft zu greifen". Vgl. 22, 7, 4. *ex vano haustum*.

2. *totus in suas artes versus*] vgl. 6, 24, 8 *ab imperio totus ad preces versus*. Zu *artes* = *fraudem Punicam* vgl. 22, 16, 5. *nec Hannibalem fefellit, suis se artibus peti*.

3. *extrahi — aestatem*] der Plan

http://rcin.org.pl

Locros posse rati, L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum classe
4 traiceret, scribunt, et ut ab terra quoque oppugnari moenia possent, ab Tarento partem exercitus, qui in praesidio erat,
5 duci eo iusserunt. ea ita futura per quosdam Thurinos conperta Hannibali cum essent, mittit ad insidendam ab Tarento viam. ibi sub tumulo Peteliae tria milia equitum duo pedi-
6 tum in occulto locata; in quae inexplorato euntes Romani cum incidissent, ad duo milia armatorum caesa, mille et quingenti ferme vivi capti, alii dissupati fuga per agros saltusque Tarentum rediere.

7 Tumulus erat silvestris inter Punica et Romana castra, ab neutris primo occupatus, quia Romani, qualis pars eius, quae vergeret ad hostium castra, esset, ignorabant, Hannibal
8 insidiis quam castris aptiorem eum crediderat. itaque nocte ad id missas aliquot Numidarum turmas medio in saltu condiderat, quorum interdiu nemo ab statione movebatur, ne aut
9 arma aut ipsi procul conspicerentur. fremebant vulgo in castris Romanis occupandum eum tumulum esse et castello firmandum, ne, si occupatus ab Hannibale foret, velut in cer-
10 vicibus haberent hostem. movit ea res Marcellum, et conlegae „quin imus“ inquit „ipsi cum equitibus paucis exploratum?
11 subiecta res oculis nostris certius dabit consilium“. adsentienti Crispino cum equitibus ducentis viginti, ex quibus quadra-
12 ginta Fregellani, ceteri Etrusci erant, proficiscuntur; secuti tribuni militum M. Marcellus consulis filius et A. Manlius,
13 simul et duo praefecti socium L. Arrenius et M'. Aulius. immolasse eo die quidam prodidere memoriae consulem Marcellum, et prima hostia caesa iocur sine capite inventum, in se-

ist auch jetzt der c. 1, 1 angedeutete. — *extrahere* = verstärktes *trahere*: in die Länge ziehen. c. 40, 3 *rem — extractam esse* u. o.

5. *comperta Hannibali*] der Dativ bei *compertum est* wie c. 27, 13 *sibi comperta*. 33, 49, 1 *compertum patribus*.

ab Tarento viam] vgl. c. 12, 8 *ad insidias latebris*. Sowohl das Particip *ferentem*, als die Angabe, wohin der Weg führt, ist zu ergänzen.

tumulo Peteliae] „der zu P. gehörige Hügel“. Die Stadt liegt an der Strafse von Thurii nach Tarent und hielt treu zu den Römern.

7. *inter Punica et Romana castra*] Liv. stellt nur *castra Punica*; dagegen *castra Romana* und *Romana castra;* sind beide Adjektiva verbunden, so ist die Stellung gewöhnlich die hiesige.

crediderat] „er war der Meinung gewesen“, als er seine Dispositionen traf und war danach verfahren; vgl. c. 39, 4. 8. 12. u. o.

9. *velut in cervicibus*] „auf dem Nacken“, häufige Metapher von drohender Gefahr. 22, 33, 6 *bellum ingens in cervicibus*.

10. *oculis nostris*] wo das Pronomen selbstverständlich ist, wird es im Latein fortgelassen (*oculos attollere:* seine Augen aufheben, u. s. w.); hier ist *nostris* beibehalten, weil es den Gegensatz zu *speculatores* bildet, wie auch *ipsi* zeigt.

13. *iocur sine capite*] die Protuberanz am rechten Leberlappen (*caput*) war ein Gegenstand be-

http://rcin.org.pl

cunda omnia conparuisse, quae adsolent, auctum etiam visum
in capite; nec id sane haruspici placuisse, quod secundum 14
trunca et turpia exta nimis laeta apparuissent. Ceterum con- 27
sulem Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Han-
nibale, ut numquam satis castra castris conlata crederet. tum 2
quoque vallo egrediens signum dedit, ut ad locum miles esset
paratus, ut, si collis, in quem speculatum irent, placuisset,
vasa colligerent ac sequerentur. exiguum campi ante castra 3
erat; inde in collem aperta undique et conspecta ferebat via.
Numidis speculator, nequaquam in spem tantae rei positus,
sed si quos vagos pabuli aut lignorum causa longius a castris
progressos possent excipere, signum dat, ut pariter ab suis
quisque latebris exorerentur. non ante apparuere, quibus ob- 4
viis ab iugo ipso consurgendum erat, quam circumiere, qui ab
tergo intercluderent viam. tum undique omnes exorti et cla-
more sublato impetum fecere. cum in ea valle consules essent, 5
ut neque evadere possent in iugum occupatum ab hoste nec
receptum ab tergo circumventi haberent, extrahi tamen diu-
tius certamen potuisset, ni coepta ab Etruscis fuga pavorem
ceteris iniecisset. non tamen omisere pugnam deserti ab 6
Etruscis Fregellani, donec integri consules hortando ipsique
ex parte pugnando rem sustinebant; sed postquam vulneratos 7

sonders ängstlicher Beobachtung; ihr Fehlen oder ihre Mifsbildung ein sehr bedenkliches Zeichen.

quae adsolent] alterthümlicher, technischer Ausdruck von sakralen Einrichtungen u. a., gewöhnlich in Form eines Zwischensatzes *ut adsolet.*

auctum] „ungewöhnlich grofs". 25, 16, 11 *melior atque auctior.*

14. *haruspici*] der *haruspex* befindet sich in der Regel im Gefolge des Feldherrn; Fabius 23, 36, 10 hat deren sogar mehrere.

trunca et turpia] wohl mit beabsichtigter Alliteration; vgl. c. 37, 6 *foedum ac turpe prodigium.*

c. 27, 1. *consulem Marcellum*] wie c. 26, 13 tritt der Titel im Gegensatze zu §. 7. *Marcello adulescente* voran. Vgl. c. 1, 1.

2. *ad locum*] „auf Posten", d. h. auf seinem, ihm in der Lagerordnung zukommenden Platze; vgl. *sese loco tenere.* 8, 30, 2.

3. *exiguum campi*] „ein kleines Stück Ebene"; vgl. c. 41, 4. *nihil silvae* „kein Stück Wald".

conspecta] „sichtbar". Die adjektivische Verwendung der Participia Perf. Passivi beschränkt sich meist auf negierte oder mit *in* zusammengesetzte Formen; zu den Ausnahmen gehört *conspectus*, wovon Liv. auch zuerst den Komparativ bildet.

positus] „postiert". vgl. c. 24, 4 *locarentur*; der militärischen Sprache angehöriger Ausdruck: 22, 55, 8 *custodes — ponant.*

sed si quos] „sondern, um zu versuchen, ob". vgl. c. 14, 6.

4. *quibus obviis ab iugo ipso*] *obviis* proleptisch: von der Höhe herab, so dafs sie entgegen kamen.

undique omnes] gewöhnlich stellt Liv.: *omnes undique; tuto undique* c. 28, 2. — Der Angriff erfolgt (*obviis — a tergo*) von zwei Seiten, so dafs *undique* ungenaue Bezeichnung einer von mehr als einem Punkte drohenden Gefahr ist. Vgl. 1, 5, 7. *undique regi dolus nectitur.*

5. *ab Etruscis*] ihre unzuverlässige Haltung stimmt mit der ihrer Mitbürger (c. 24.) überein.

6. *ipsique ex parte pugnando*]

http://rcin.org.pl

ambo consules, Marcellum etiam transfixum lancea prolabentem ex equo moribundum videre, tum et ipsi — perpauci autem supererant — cum Crispino consule duobus iaculis icto
8 et Marcello adulescente saucio et ipso effugerunt. interfectus A. Manlius tribunus militum, et ex duobus praefectis socium M'. Aulius occisus, ⟨L.⟩ Arrenius captus; et lictores consulum
9 quinque vivi in hostium potestatem venerunt, ceteri aut interfecti aut cum consule effugerunt; equitum tres et quadraginta aut in proelio aut in fuga ceciderunt, duodeviginti vivi capti.
10 tumultuatum in castris fuerat, ut consulibus irent subsidio, cum consulem et filium alterius consulis saucios exiguasque infelicis expeditionis reliquias ad castra venientes cernunt.
11 mors Marcelli cum alioqui miserabilis fuit, tum quod nec pro aetate — iam enim maior sexaginta annis erat — neque pro veteris prudentia ducis tam inprovide se conlegamque et prope totam rem publicam in praeceps dederat.
12 Multos circa unam rem ambitus fecerim, si, quae de Mar-
13 celli morte variant auctores, omnia exequi velim. ut omittam alios, Coelius triplicem gestae rei memoriam edit: unam traditam fama, alteram scriptam laudatione fili, qui rei gestae interfuerit, tertiam, quam ipse pro inquisita ac sibi conperta
14 adfert. ceterum ita fama variat, ut tamen plerique loci specu-

Liv. läfst zum Ablat. des Gerundiums zuweilen das Subjekt in der Form der Pronomina *ipse*, *solus*, *quisque* oder einzelner Zahlwörter treten, in Nachahmung des Griechischen τῷ αὐτὸς ποιεῖν **26**, 39, 5 *ipse — exigendo. — ex parte = pro parte, pro virili parte.* —

7. *transfixum — prolabentem — moribundum*] beachte die in dem dreifachen Attribut liegende Ausmalung der Situation. **26**, 16, 7. *urbem praevalidam, propinquam, inimicam.*

et ipsi] die Beziehung dieser Worte ist unbestimmt, sie werden bei Liv. mehrfach auf einen gar nicht ausgesprochenen Begriff bezogen. **26**, 19, 11 *oriundi et ipsi a Phocaea sunt.*

10. *tumultuatum — fuerat*] „man hatte sich lärmend beeilt". Der unpersönliche Gebrauch von *tumultuari* als Passiv ist bei Liv. besonders häufig; bisweilen hat er es, wie schon Cäsar, als Deponens: c. 28, 10. *vigiles — tumultuari.*

11. *alioqui*] „sonst", in anderer Hinsicht; bei Liv. im ganzen 6mal, bei Cäsar, Cicero nicht, dagegen bei älteren Dichtern.

in praeceps dederat] wie *in periculum dare* gebildet; **6**, 25, 3. *data in tam praecipitem casum respublica.*

12. *circa unam rem*] *circa* bei Klassikern nur räumlich, fängt bei Liv. an, den Kreis zu bezeichnen, in dem sich eine Handlung bewegt, sowie eine Beziehung auf einen Gegenstand. **28**, 7, 9. *circa Opuntem res*: die Sachen in Bezug auf Opus.

ambitus] Umschweife, weitläuftige Auseinandersetzungen, sonst auch **28**, 41, 8 *circumitus.*

quae variant auctores] „was die Gewährsmänner verschiedenes berichten". *variare*, hier transitiv, hat Liv. eben so oft intransitiv; vgl. § 14. *variat* = schwankt.

14. *ut tamen*] zu dem beschränkenden *ita — ut* wird sowohl im ersten als im zweiten Gliede *tamen* hinzugefügt. **22**, 61, 5. *ita admissos esse, ne tamen iis senatus daretur.*

http://rcin.org.pl

landi causa castris egressum, omnes insidiis circumventum tradant.

Hannibal magnum terrorem hostibus morte consulis unius 28
vulnere alterius iniectum esse ratus, ne cui deesset occasioni, castra in tumulum, in quo pugnatum erat, extemplo transfert. ibi inventum Marcelli corpus sepelit. Crispinus, et morte con- 2
legae et suo vulnere territus, silentio insequentis noctis profectus, quos proxumos nanctus est montis, in iis loco alto et tuto undique castra posuit. ibi duo duces sagaciter moti 3
sunt, alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem. anulis 4
Marcelli simul cum corpore Hannibal potitus erat. eius signi errore ne cui dolus necteretur a Poeno metuens, Crispinus circa civitates proximas miserat nuntios, occisum conlegam esse anulisque eius hostem potitum; ne quibus litteris crederent nomine Marcelli compositis. paulo ante hic nuntius con- 5
sulis Salapiam venerat, quam litterae ab Hannibale allatae sunt Marcelli nomine compositae se nocte, quae diem illum secutura esset, Salapiam venturum: parati milites essent, qui in praesidio erant, si quo opera eorum opus esset. sensere 6
Salapitani fraudem, et ab ira non defectionis modo sed etiam equitum interfectorum rati occasionem supplicii peti, remisso 7
retro nuntio — perfuga autem Romanus erat —, ut sine arbitro milites quae vellent agerent, oppidanos per muros urbis-

c. 28. Hannibal von Salapia abgewiesen, entsetzt Locri.

1. *vulnere*] „durch die Verwundung". ebenso § 2 *suo vulnere*.

ne — deesset occasioni] Liv. sagt namentlich mit der Negation *non desum occasioni*, *tempori*, *fortunae*: „ich lasse es nicht an mir fehlen hinsichtlich" —

2. *ibi — sepelit*] er begrub ihn an Ort und Stelle; nach anderen schickte er die Asche an den Sohn Marcellus. Ähnlich verhielt sich H. stets gegen gefallene Feinde: **22**, 52, 6 Aemilius Paullus; **25**, 17, 4 Gracchus; anders Nero c. 51, 11.

silentio — noctis] formelhafte Wendung des Liv.; sowohl mit als ohne *proximae* oder *insequentis*; variiert durch *silenti nocte*, *per silentium noctis*, vgl. c. 2, 10.

3. *sagaciter moti sunt*] „sie bewegten sich scharfsinnig, boten ihren Scharfsinn auf". Die Eigenschaft des handelnden Subjekts ist als adverbielle Bestimmung zur Handlung selbst hinzugefügt.

4. *anulis*] „der Siegelring" der Plural von einem konkreten Gegenstande; ein Gebrauch, der sich sonst auf Worte beschränkt, die eine Zusammensetzung aus mehreren Teilen bezeichnen (*anuli* nur hier).

eius signi errore] „durch einen Irrtum hinsichtlich jenes Siegels"; freier Gebrauch des Genitivs; wie **1**, 24, 1. *nominum error* u. a.

cui dolus necteretur] vgl. *δόλους ὑφαίνειν τινί*; in diesem Sinne nur bei Liv.; vgl. **1**, 5, 7. *regi dolus nectitur*.

5. *nocte, quae die illum secutura esset*] „in der Nacht, die auf den Tag des Briefempfanges folgen würde".

qui in praesidio erant] als Umschreibung des Begriffes *praesidium* stehen die Worte außerhalb der indirekten Rede. Auch sollte der dreimalige Satzschluß mit *esset* vermieden werden.

7. *oppidanos*] die Ortsbehörde (§ 6 *Salapitani* genannt) stellte die Einwohner, denen nach **26**, 38 nicht

http://rcin.org.pl

8 que opportuna loca in stationibus disponunt, custodias vigiliasque in eam noctem intentius instruunt, circa portam, qua venturum hostem rebantur, quod roboris in praesidio erat oppo-
9 nunt. Hannibal quarta vigilia ferme ad urbem accessit. primi agminis erant perfugae Romanorum et arma Romana habebant. ii, ubi ad portam est ventum, Latine omnes loquentes excitant vigiles aperireque portam iubent: consulem adesse.
10 vigiles velut ad vocem eorum excitati tumultuari, trepidare, moliri portam. cataracta deiecta clausa erat; eam partim vectibus levant, partim funibus subducunt in tantum altitu-
11 dinis, ut subire recti possent. vixdum satis patebat iter, cum perfugae certatim ruunt per portam; et cum sescenti ferme intrassent, remisso fune quo suspensa erat, cataracta magno sonitu ceci-
12 dit. Salapitani alii perfugas neglegenter ex itinere suspensa umeris, ut inter pacatos, gerentis arma invadunt, alii e turri eius portae murisque saxis sudibus pilis absterrent hostem.
13 ita inde Hannibal suamet ipse fraude captus abiit, profectusque ad Locrorum solvendam obsidionem, quam ⟨L.⟩ Cincius summa vi, operibus tormentorumque omni genere ex Sicilia

unbedingt zu trauen war, so auf, dafs sie die Mafsregeln der römischen Besatzung (*milites*) nicht erkennen konnten (*sine arbitro*).

8. *custodias vigiliasque*] „Tag- und Nachtposten"; *custodiae vigiliaeque* sind einzelne Posten, *stationes* wachthabende Abteilungen.

opponunt] *oppono* ohne Angabe der Person, der man entgegentritt, bezeichnet bei Liv. oft das Anweisen einer defensiven Stellung. **26**, 44, 2.

9. *Latine omnes loquentes*] sie gaben absichtlich laut römische Kommandos etc. Dieselbe Kriegslist **26**, 6, 11. *gnari Latinae linguae.*

10. *ad vocem*] die Veranlassung des Erwachens ist durch *ad* bezeichnet, wie in *ad edictum convenire, ad signum eruptionem facere.* u. a.

tumultuari trepidare moliri] die Asyndeta malen wie *saxis sudibus pilis* § 12 die rasche Folge der Vorgänge.

moliri portam] „mit Mühe und langsam öffnen"; wie **28**, 17, 15 *ancoras moliri*; meist heifst *moliri portam*: das Thor sprengen: **23**, 18, 2. **24**, 46, 5. **25**, 36, 10. — Der ganze Vorgang ist ausführlich beschrieben, weil die Besatzung sich absichtlich mehr als nötig damit aufhält.

cataracta deiecta] das Thor war durch ein Fallgatter geschlossen; aus dem griechischen καταῤῥάκτης, wie *catapulta, ballista, scorpio* und viele dem Befestigungswesen angehörige Worte.

11. *et — remisso fune*] „da — liefs man das Seil los". vgl. **24**, 34, 11. *remissa — (catena).* Die durch *et* eingeführte Handlung ist eine unerwartete, wie **3**, 64, 8. (*Duilius*) *— comitia habuit. Et, quinque tribunis plebis creatis — concilium dimisit.*

12. *ex itinere*] „von dem Marsche her", vgl. **3**, 13, 2 *necdum ex morbo satis validum.*

sudibus] „mit langen Stangen"; als die Waffen einer *pugna tumultuaria* nennt Vergil: *stipites duri sudesque praeusti.*

13. *suamet ipse fraude*] *met* wird an das Pronomen nur bei folgendem *ipse* angehängt.

profectusque] erg. *est.*

quam] aus *Locrorum* ist dazu der Begriff *urbem* zu entnehmen. Vgl. **35**, 3, 6. *praesidium, per quos — ageretur* u. a.

http://rcin.org.pl

advecto oppugnabat. Magoni iam haud ferme fidenti reten- 14
turum defensurumque se urbem prima spes morte nuntiata
Marcelli adfulsit. secutus inde nuntius Hannibalem Numida- 15
rum equitatu praemisso ipsum, quantum adcelerare posset, cum
peditum agmine sequi. itaque ubi primum Numidas edito e 16
speculis signo adventare sensit, et ipse patefacta repente porta
ferox in hostis erumpit. et primo magis quia inproviso id
fecerat, quam quod par viribus esset, anceps certamen erat;
deinde, ut supervenere Numidae, tantus pavor Romanis est 17
iniectus, ut passim ad mare ac naves fugerent relictis operi-
bus machinisque, quibus muros quatiebant. ita adventu Han-
nibalis soluta Locrorum obsidio est.

Crispinus postquam in Bruttios profectum Hannibalem 29
sensit, exercitum, cui conlega praefuerat, M. Marcellum tri-
bunum militum Venusiam abducere iussit; ipse cum legioni- 2
bus suis Capuam profectus, vix lecticae agitationem prae gra-
vitate vulnerum patiens, Romam litteras de morte conlegae
scripsit, quantoque ipse in discrimine esset: se comitiorum 3
causa non posse Romam venire, quia nec viae laborem pas-
surus videretur et de Tarento sollicitus esset, ne ex Bruttiis
Hannibal eo converteret agmen; legatos opus esse ad se mitti,
viros prudentis, cum quibus, quae vellet, de re publica loque-
retur. hae litterae recitatae magnum et luctum morte alterius 4
consulis et metum de altero fecerunt. itaque et Q. Fabium
filium ad exercitum Venusiam miserunt, et ad consulem tres
legati missi, Sex. Iulius Caesar L. Licinius Pollio L. Cincius
Alimentus, cum paucis ante diebus ex Sicilia redisset. hi nun- 5
tiare consuli iussi, ut, si ad comitia ipse venire Romam non
posset, dictatorem in agro Romano diceret comitiorum causa;
si consul Tarentum profectus esset, Q. Claudium praetorem 6
placere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas
sociorum urbes tueri posset.

Eadem aestate M. Valerius cum classe centum navium 7

15. *quantum adcelerare posset*] in dieser bei Liv. häufig wiederkehrenden Formel ist *adcelerare* stets absolut. **43**, 1, 10. *quantum adcelerare possint* u. a.

c. **29**, 1—9. Bericht des Crispinus. Senatsbeschluſs. Landung in Afrika.

2. *lecticae agitationem — patiens*] „das Schwanken der Sänfte aushaltend"; vgl. **30**, 19, 5. *in via iactationem vulneris.* **21**, 48, 7. *vexationem vulneris in via iactati — patiens.*

de morte — scripsit quantoque — esset] von *scripsit* hängen als koordiniert eine Präpositionalverbindung und ein Fragesatz ab; vgl. c. 33, 9. *cura consules — creandi et ut eos crearent.*

3. *de Tarento sollicitus — ne*] der in *sollicitus* liegende Begriff der Furcht veranlaſst den abhängigen Satz mit *ne*, der zugleich eine nähere Bestimmung von *de Tarento* enthält. **30**, 37, 10 *de pace — disseruit, quam nec iniqua et necessaria esset.*

cum quibus] Liv. stellt *cum* stets vor das Relativ, aber hinter das persönliche Pronomen.

http://rcin.org.pl

ex Sicilia in Africam tramisit et ad Clupeam urbem escensione facta agrum late nullo ferme obvio armato vastavit. inde ad naves raptim praedatores recepti, quia repente fama accidit classem Punicam adventare. octoginta erant et tres
8 naves. cum his haud procul Clupea prospere pugnat Romanus. decem et octo navibus captis, fugatis aliis, cum magna terrestri navalique praeda Lilybaeum rediit.

9 Eadem aestate et Philippus implorantibus Achaeis auxilium tulit, quos et Machanidas tyrannus Lacedaemoniorum finitimo bello urebat, et Aetoli navibus per fretum, quod Naupactum et Patras interfluit — Rhion incolae vocant —, exer-
10 citu traiecto depopulati erant. Attalum quoque regem Asiae, quia Aetoli summum gentis suae magistratum ad eum proximo concilio detulerant, fama erat in Europam traiecturum.
30 Ob haec Philippo in Graeciam descendenti ad Lamiam urbem Aetoli duce Pyrrhia, qui praetor in eum annum cum absente
2 Attalo creatus erat, occurerunt. habebant et ab Attalo auxilia secum et mille ferme ex Romana classe a P. Sulpicio missos. adversus hunc ducem atque has copias Philippus bis prospero eventu pugnavit; mille admodum hostium utraque
3 pugna occidit. inde cum Aetoli metu compulsi Lamiae urbis moenibus tenerent sese, Philippus ad Phalara exercitum reduxit. in Maliaco sinu is locus est, quondam frequenter habitatus propter egregium portum tutasque circa stationes et aliam
4 opportunitatem maritumam terrestremque. eo legati ab rege Aegypti Ptolomaeo Rhodiisque et Atheniensibus et Chiis venerunt ad dirimendum inter Philippum atque Aetolos bellum. adhibitus ab Aetolis et ex finitimis pacificator Amynander

7. *ad Clupeam*] der Name, aus dem Griechischen *ἀσπίς* übertragen, ist der Stadt von der Form des Hügels, auf dem sie lag, gegeben; vgl. Trapezunt, Drepanum u. A.

8. *decem et octo*] die zusammengesetzten Zahlen löst Liv. gern in ihre Teile auf; **26**, 49, 3 *decem et tria* **26**, 47, 7 *decem et octo*. Er sagt aber nur *quindecim*.

c. **29**, 9—**33**, 5. Ereignisse in Griechenland.

9. *quos — urebat*] das Verbum *uro* überträgt Liv. auf viele Dinge, die den Menschen Plage verursachen; am häufigsten *bello uri*, auch *pestilentia*.

quod interfluit] bei Liv. nur zweimal und zwar mit doppeltem Accusativ angewendet.

Rhion] vgl. **28**, 7, 18 (*Rhion*) *fauces sunt Corinthii sinus*.

10. *summum — magistratum*] das Amt des *στρατηγός* (c. **30**, 1. *praetor*).

c. **30**, 2 *mille — hostium*] der Genitiv nach *mille* ist bei Liv. nicht selten, doch nur, wenn *mille* selbst im Nominativ oder Accusativ steht.

3. *frequenter — habitatus*] „stark bevölkert". Cic. sagt stets *habitare in loco*, Liv. daneben auch *locum*. **26**, 16, 9. *habitari — tanquam urbem*.

portum — stationem] als Hafen für Handels- und Kriegszwecke; vgl. **26**, 43, 7—8.

4. *Ptolomaeo Rhodiisque*] ihr gutes Verhältnis zu Rom giebt diesen die Möglichkeit, eine Einmischung der Römer in griechische Verhältnisse zu hindern § 10.

pacificator] „Friedensstifter"; das

http://rcin.org.pl

rex Athamanum. omnium autem non tanta pro Aetolis cura 5
erat, ferociori quam pro ingeniis Graecorum gente, quam
quanta ne Philippus regnumque eius grave liberati futurum
rebus Graeciae immisceretur. de pace dilata consultatio est 6
in concilium Achaeorum, concilioque ei et locus et dies certa
indicta; interim triginta dierum indutiae impetratae. profectus 7
inde rex per Thessaliam Boeotiamque Chalcidem Euboeae ve-
nit, ut Attalum, quem classe Euboeam petiturum audierat,
portibus et litorum adpulsu arceret. inde praesidio relicto 8
adversus Attalum, si forte interim traiecisset, profectus ipse
cum paucis equitum levisque armaturae Argos venit. ibi cu- 9
ratione Heraeorum Nemeorumque suffragiis populi ad eum
delata, quia se Macedonum reges ex ea civitate oriundos fe-
runt, Heraeis peractis ab ipso ludicro extemplo Aegium pro-
fectus est ad indictum multo ante sociorum concilium.

Ibi de Aetolico finiendo bello actum, ne causa aut Ro- 10
manis aut Attalo intrandi Graeciam esset. sed ea omnia vix- 11
dum indutiarum tempore circumacto Aetoli turbavere, post-
quam et Attalum Aeginam venisse et Romanam classem stare
ad Naupactum audivere. vocati enim in concilium Achaeorum, 12
in quo et eae legationes erant, quae ad Phalara egerant de
pace, primum questi sunt quaedam parva contra fidem con-
ventionis tempore indutiarum facta; postremo negarunt dirimi 13
bellum posse, nisi Messeniis Achaei Pylum redderent, Roma-

Subst. hat Liv. nur hier, das Verb *pacificare* mehrfach. **44**, 35, 6. (Auch bei Cicero.)

5. *pro Aetolis cura*] die Begriffe der Furcht und der Sorge haben statt *de* bei Liv. mehrfach *pro* bei sich = zu Gunsten einer Sache, zu ihrem Schutze besorgt sein. **2**, 24, 4. *metum pro universa republica.*

grave libertati] als Erbfeind der griechischen Freiheit gilt der makedonische König. **33**, 12, 10 *libertati Graeciae videri graves Macedonum reges.*

6. *et locus et dies*] nach der Bundesverfassung mufste die Versammlung im Hersbt oder Frühjahr stattfinden.

7. *Chalcidem Euboeae*] Ortsbestimmung durch den Genitiv des Ländernamens nach griechischem Vorbilde. **28**, 7, 3 *Phocidis Elatiam* u. o.

litorum adpulsu] Landung an den Küsten, vgl. c. 7, 13 *ob — iram fugae.*

9. *curatio*] = offizielle Abhaltung gottesdienstlicher Bräuche. **9**, 43, 24. *sacrorum curatione.*

Heraeorum] zu Ehren der Hera in Argos.

se ex ea civitate oriundos ferunt] „sie geben an, zu stammen aus"; und zwar durch Cranaos, ihren Stammvater. vgl. *se oriundum a magno Alexandro ferens.* **35**, 47, 5.

12. *primum — postremo*] „anfangs — schliefslich". Hierbei läfst Liv. mehrfach die Mittelglieder fehlen (*deinde*), da es nur auf eine Gegenüberstellung eines ersten und letzten Momentes ankommt.

questi sunt] „sie klagten über einige unwesentliche Verletzungen der garantierten Übereinkunft". vgl. **3**, 18, 3. *fidem foederum* = die garantierten Verträge.

13. *Pylos*] Hafenstadt in Elis; *Atintania*: Landstrich in Epirus, *Ardiaei*: Völkerschaft Illyriens.

http://rcin.org.pl

nis restitueretur Atintania, Scerdilaedo et Pleurato Ardiaei.
14 enimvero indignum ratus Philippus victos victori sibi ultro condiciones ferre, ne antea quidem se aut de pace audisse aut indutias pepigisse dixit spem ullam habentem quieturos Aetolos, sed uti omnis socios testis haberet se pacis, illos
15 belli causam quaesisse. ita infecta pace concilium dimisit quattuor milibus armatorum relictis ad praesidium Achaeorum
16 et quinque longis navibus acceptis, quas si adiecisset missae nuper ad se classi Carthaginiensium et ex Bithynia ab rege Prusia venientibus navibus, statuerat navali proelio lacessere
17 Romanos iam diu in regione ea potentis maris. ipse ab eo concilio Argos regressus; iam enim Nemeorum adpetebat tempus, quae celebrari volebat praesentia sua.

31 Occupato rege apparatu ludorum et per dies festos licentius quam inter belli tempora remittente animum P. Sulpicius ab Naupacto profectus classem appulit inter Sicyonem et Corinthum, agrumque nobilissimae fertilitatis effuse vastavit.
2 fama eius rei Philippum ab ludis excivit; raptimque cum equitatu profectus iussis subsequi peditibus, palatos passim per agros gravisque praeda, ut qui nihil tale metuerent, adortus
3 Romanos compulit ad naves. classis Romana haudquaquam laeta praeda Naupactum redit. Philippo ludorum quoque, qui reliqui erant, celebritatem quantaecumque, de Romanis
4 tamen, victoriae partae fama auxerat, laetitiaque ingenti celebrati festi dies, eo magis etiam, quod populariter dempto ca-

14. *sibi ultro condiciones ferre*] ihrerseits (*ultro*) Bedingungen stellen, statt sie selbst zu empfangen. 2, 13, 2. *ut pacis condiciones ultro ferret Romanis.*

de pace audisse] „er habe sich Friedensvorschläge vortragen lassen"; aus der Gerichtssprache entlehnt, in der es vom Richter heifst: *audire de capite, de ambitu* = eine Sache sich zur Entscheidung vortragen lassen. Der Ausdruck malt absichtlich die *superbia regia.*

quaesisse] „habe zu finden gesucht". c. 34, 1 *conlega quaerebatur*: man suchte zu finden.

16. *potentes maris*] „Herren des Meeres"; in Prosa seit Liv. oft mit dem Genitiv: *potens regni, imperii, rerum suarum* u. a.

c. 31, 1. *remittente animum*] „als er sich gehen liefs"; bei Liv. mehrfach *animum remittere ab aliq. re.*: die auf einen Gegenstand gerichtete geistige Anspannung lockern. 5, 41, 4 *a contentione pugnae remiserant animos.*

nobilissimae fertilitatis] von Personen und Dingen steht *nobilis* in gutem Sinne = allgemein bekannt; *nobile bellum, inimicitiae nobiles* c. 35, 7.

2. *fama eius rei*] gewöhnlich sagt Liv. mit Attraktion des Pronomens *ea fama*; doch 1, 60, 1. *harum rerum nuntiis.*

ut qui — metuerent] zur Hervorhebung des Grundes verbindet Liv. das Relativ und relative Adverbium, wie *ubi*, mit *ut* und dem Konjunktiv (Cic. selten).

3. *classis — laeta*] die Stimmung und Thätigkeit der Bemannung wird sehr oft auf die Schiffe übertragen. 44, 16, 6 *regii lembi — cum — hostium naves conspexissent.*

4. *populariter*] dem Wesen eines Volksfreundes (*δημοτικός*) entsprechend. 3, 14, 5 *alibi popularis iuventus erat.*

http://rcin.org.pl

pitis insigni purpuraque atque alio regio habitu aequaverat ceteris se in speciem, quo nihil gratius est civitatibus liberis; praebuissetque haud dubiam eo facto spem libertatis, nisi omnia intoleranda libidine foeda ac deformia effecisset. vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesque, et summittendo se in privatum fastigium quo minus conspectus, eo solutior erat, et libertatem, cum aliis vanam ostendisset, totam in suam licentiam verterat. neque enim omnia emebat aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat, periculosumque et viris et parentibus erat moram incommoda severitate libidini regiae fecisse. uni etiam principi Achaeorum Arato adempta uxor nomine Polycratia ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat.

Per haec flagitia sollemni Nemeorum peracto paucisque additis diebus Dymas est profectus ad praesidium Aetolorum, quod ab Eleis adcitum acceptumque in urbem erat, eiciendum. Cycliadas — penes eum summa imperii erat — Achaeique ad Dymas regi occurrere, et Eliorum accensi odio, quod a ceteris Achaeis dissentirent, et infensi Aetolis, quos Romanum quoque adversus se movisse bellum credebant. profecti ab Dymis coniuncto exercitu transeunt Larisum amnem, qui Elium agrum ab Dymaeo dirimit. Primum diem, quo finis hostium

insigni purpuraque] der König trägt bei öffentlichen Festen seinen vollen Ornat.

in speciem] zum Schein; in Wahrheit war sein Verhalten tyrannisch. *violentia* und *licentia* erscheinen stets als Kennzeichen des *mos regius*.

5. *foeda ac deformia*] „in widerlicher Weise verunstaltet; gewissermafsen karrikiert hätte". *foedus*, ein Lieblingswort des Liv., wird von der sinnlichen Empfindung auf die verschiedensten Dinge übertragen; mit *deformis* verbunden **31**, 12, 8.

6. *cum uno aut altero*] „mit einem oder auch zwei Begleitern"; sonst *aut summum*: **33**, 5, 7. *duo aut summum tres*. **44**, 38, 7. *hodierno aut summum crastino die*.

maritas domos] „Häuser von Ehemännern"; ein dichterischer Ausdruck, in Prosa nur hier; *maritus* ist sonst nur Subst.

summittendo se in privatum fastigium] „indem er sich zur Stellung eines Privatmannes herabliefs". vgl. c. 18, 6 und c. 19, 6. *fastigium* bezeichnet sonst immer hohe Stellung.

quo minus conspectus eo solutior] „je weniger in die Augen fallend, um so ungenierter." vgl. zu *conspectus* c. 27, 3.

in suam licentiam verterat] „die Scheinfreiheit, die er anderen gezeigt hatte, nutzte er für seine Ausschweifung aus". *verto* ist in dieser Wendung sonst reflexiv: **2**, 3, 3 *libertatem aliorum in suam vertisse servitutem*: „sei ausgeschlagen zu".

7. *eblandiebatur*] „erwarb durch Lockungen"; bei Liv. nur hier.

incommoda severitate] „durch unzeitige Strenge". Der Ausdruck ist der Auffassung des Königs entsprechend gewählt.

8. *Arato*] dem Sohne des berühmten Aratus. **32**, 21, 23 (*Arati*) *filii uxorem libidinis causa in Macedoniam asportatam*.

10. *accensi odio*] „von Hafs entflammt". In figürlichem Sinne sagt Liv. stets *accensus ira*, *odio* u. a.; nur in der 1. Dekade vereinzelt *incensus*.

http://rcin.org.pl

ingressi sunt, populando absumpserunt. postero die acie instructa ad urbem accesserunt praemissis equitibus, qui ob-
2 equitando portis promptum ad excursiones genus lacesserent Aetolorum. ignorabant Sulpicium cum quindecim navibus ab Naupacto Cyllenen traiecisse et expositis in terram quattuor milibus armatorum silentio noctis, ne conspici agmen posset,
3 intrasse Elim. itaque inprovisa res ingentem iniecit terrorem, postquam inter Aetolos Eliosque Romana signa atque arma
4 cognovere. et primo recipere suos voluerat rex; dein contracto iam inter Aetolos et Trallis — Illyriorum id est genus — certamine cum urgeri videret suos, et ipse rex cum equi-
5 tatu in cohortem Romanam incurrit. ibi equus pilo traiectus cum prolapsum super caput regem effudisset, atrox pugna utrimque accensa est et ab Romanis impetu in regem facto
6 et protegentibus regiis. insignis et ipsius pugna fuit, cum pedes inter equites coactus esset proelium inire. dein, cum iam impar certamen esset, caderentque circa eum multi et
7 vulnerarentur, raptus ab suis atque alteri equo iniectus fugit. eo die castra quinque milia passuum ab urbe Eliorum posuit. postero die omnis copias ad propinquum Eliorum castellum — Pyrgum vocant — eduxit, quo agrestium multitudinem cum
8 pecoribus metu populationum compulsam audierat. eam inconditam inermemque multitudinem primo statim terrore adveniens cepit; compensaveratque ea praeda quod ignominiae
9 ad Elim acceptum fuerat. dividenti praedam captivosque — fuere autem quattuor milia hominum, pecorumque omnis generis ad viginti milia — nuntius ex Macedonia venit Eropum quendam corrupto arcis praesidiique praefecto Lychnidum ce-

c. 32, 1. *lacesserent*] erg. *proelio*. Liv. sagt entweder *ad proelium* oder *proelio lacessere*; vereinzelt *proelium lacessere*.

3. *improvisa res*] „das Unerwartete"; *res* mit Adjektivum drückt häufig ein deutsches substantiviertes Neutrum aus; mit hinzutretender Kopula entspricht *res* unserem: „es". *res improvisa fuit*: = es kam unerwartet.

4. *contracto — certamine*] „als sich ein Kampf entsponnen hatte"; stehende Wendung *contrahere certamen, bellum*: Kampf anspinnen (engagieren).

genus] ist häufig von Volksstämmen = *gens*. 21, 7, 3. *Rutulorum quidam generis*.

5. *prolapsum super caput*] „über den Kopf (des Pferdes) weg." c. 27, 7 *prolabentem ex equo*. c. 19, 10 *prolapso equo effusum in praeceps*. 22, 3, 11. *consulemque lapsum super caput effudit*.

protegentibus regiis] = *cohorte, regia* Leibwache. 28, 5, 15.

6. *insignis et ipsius*] für die persönliche Tapferkeit des Königs vergleiche 31, 24, 14—15. *plurimos manu sua cominus eminusque vulneratos*.

equo — iniectus] „auf ein Pferd gehoben". Anders 31, 37, 10. *in equum subiecit*. 6, 24, 5. *Camillus subiectus in equum*.

8. *compensaveratque*] „und so hatte er ausgeglichen"; abschliefsend. *compensare rem cum re* und *rem re* sagt Cicero; Liv. öfter *pensare* c. 40, 2.

http://rcin.org.pl

pisse, tenere et Dassaretiorum quosdam vicos, et Dardanos etiam concire. omisso igitur Achaico atque Aetolico bello, relictis tamen duobus milibus et quingentis omnis generis armatorum cum Menippo et Polyphanta ducibus ad praesidium sociorum, profectus ab Dymis per Achaiam Boeotiamque et Euboeam decumis castris Demetriadem in Thessaliam pervenit.

Ibi alii maiorem adferentes tumultum nuntii occurrunt: Dardanos in Macedoniam effusos Orestidem iam tenere ac descendisse in Argestaeum campum, famamque inter barbaros celebrem esse Philippum occisum. expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnavit, in arborem inlatus impetu equi ad eminentem ramum cornu alterum galeae praefregit; id inventum ab Aetolo quodam perlatumque in Aetoliam ad Scerdilaedum, cui notum erat insigne galeae, famam interfecti regis vulgavit. post profectionem ex Achaia regis Sulpicius Aeginam classe profectus cum Attalo sese coniunxit. Achaei cum Aetolis Eleisque haud procul Messene prosperam pugnam fecerunt. Attalus rex et P. Sulpicius Aeginae hibernarunt.

Exitu huius anni T. Quinctius consul dictatore comitiorum ludorumque faciendorum causa dicto T. Manlio Torquato ex volnere moritur; alii Tarenti, alii in Campania mortuum tradunt. ita, quod nullo ante bello acciderat, duo consules sine memorando proelio interfecti velut orbam rem publicam reliquerant. dictator Manlius magistrum equitum C. Servilium — tum aedilis curulis erat — dixit. senatus quo die primum est habitus, ludos magnos facere dictatorem iussit, quos M. Aemilius praetor urbanus C. Flaminio Cn. Servilio con-

11. *decimis castris*] nach der Sitte, jeden Abend ein Lager zu schlagen, werden die Marschtage bei den Römern berechnet, was Liv. auch auf andere Heere überträgt.

c. 33, 1. *famam — celebrem*] „das Gerücht sei verbreitet"; *celeber* = viel besprochen, vgl. c. 40, 6 *duo celeberrimi nominis duces.*

2. *in arborem inlatus*] „geschleudert gegen"; wie **4**, 39, 1. *impetu inlati*: mit fortgerissen u. a.

cornu alterum galeae] ein eigentümlicher Helmschmuck der makedonischen Könige und der Mitglieder ihres Hauses.

